Legalis, e, quod ad legem pertinet. ¶ *πρώτης.* GAL. De la loy, des appartenances de la loy, legal. ITAL. Pertinenente à la lege. GERM. Das zu dem gesetz gehört. HISP. De ley, perteneciente à la ley. ANGL. Of or belonging to the law. ¶ Quintil. lib. 1. c. 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in privata maximè consilia.

Lexiarchicum, *λεξιαρχία*, tabula, in qua civium Atheniensium, qui ætatem ad magistratus gerendos aptam habebant, nomen scribebatur, addito etiam municipio, cujus erant. Item tabula, in qua inscribebantur ei *τελεοφέτης της ταύταις*, id est, qui justam ætatem habebant adolescentes, quibus patrimonium administrare jam licebat. Suid.

Lexicon, *λεξικός*, n. or. per se adjectivum, ad *λεξις*, id est, vocabula, pertinens. Substantivè *λεξικός*, idem qui *λεξιογένεφος*, qui Gazæ Dictionarius, Vocabularius. *λεξικός* autem Dictionarium, Voca-

Calepini Vars. 16

bularium, Liber in quo vocabula secundùm seriem posita explicantur.

Léxis, eos, Dictio. ¶ *מִילָּת millá.* GAL. Parole, diction. ITAL. Vocabulo, voce. GER. Ein wort. HISP. Palabra. ANGL. Spheath, a word. ¶ Cicet. 3. de Orat.

Quam lepidè leges composta, ut tessera omnes  
Arte pavimento atque emblemate vermiculato.

Ex Poëta quopiam vetusto.

Lexoviorum civitas, *Lisieux*, V.E. nunc Lexoviensis, in Normania, sub M. Rothomagensi.

Lexubii, *λεξοβιοι*, Gallæ Lugdunensis populi, apud Ptolem. lib. 2. cap. 8. quos Cæsar Lexovios vocat. Horum Metropolis erat Neomagus, vulgo *Lysieux*.

Liaculum, *λιακύλη*, Glost. *λιακύλη* est, *Levigo*, ergo *λιακύλη* analogicè est levigator. Hic liaculum videtur intelligi instrumentum levigandi, voce ducta à *λιακύλη* levigo, complano.

Lixæ, sunt foramina quæ in summo mali recipient funes.

Libadium, *λιβάδιον*. Herba genus quæ nostris vulgo *Centaureion minus* appellatur: inde nomen habet, quod fontibus & locis irriguis gaudet. Nam Græci fontium scaturigines *λιβάδια* appellant. Plin. lib. 25. cap. 65.

Libamén, Libamentum, vide Libo.

Libavium inter buglossæ nomina recensetur à Dodonæo pempt. 5. lib. 1. cap. 9.

Libanius uva, thuris odore, ex qua prolibant. Plin.

Libanius, *λιβανός*. Nomen Sophistæ Antiochi, qui floruit Juliani apostata temporibus, usque ad Theodosium seniorem. Discipulus fuit Diophanti. Scriptis encomium Constantij Cæsaris, & alterum Juliani: præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. Suid. Libanochros, *λιβανόζος*, Gemma quæ thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Libanotis, *λιβανών*, ANGL. Rosemary. ¶ Frutex oddrem thuris habens, qui rosmarinus appellatur. Plin. lib. 19. cap. 12. Libanotis radicem habet olusatris, nihil à thure differentem. Usus ejus post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Hactenus Plinius. Ejus tres sunt species, quas vide apud Dioscor.

Libanotus, *λιβανώζε*. ITAL. Medio giorno lebeche. ¶ Ventus flans inter Libas (hoc est, Africum) & Notum. Plin. lib. 1. c. 47.

Libanus, *λιβανόν λιβανόν λιβανός*. Syriæ mons, à Sydone Phœnices oppido, usque ad Symiram urbem Syriæ Cœles extensus, centum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic ex adverso obtenditur Antilibanus, valle tantum interjecta, olim muro illi conjunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluvius oritur, teste Plin. lib. 5. cap. 19. 20. 22. ¶ Libanus item quæ & Dendrolibanus, dicitur frutex, sive arbustula thurifera, ita dicta (Poëta fabulantur) à juvenc quodam Assyro ejusdem nominis, in hunc fruticem converso. Hinc etiam ipsum Græci *λιβανός* appellant.

Libarnum, *λιβαρνός* Ptolemæo, Libarna Plinio. Oppidum Italiae sub Apennino situm, non procul à Derthona Ptolem. lib. 3. c. 1. & Plin. lib. 3. cap. 5.

Libatio, vide Libo.

Libatorium, Coxale: forte Conchale.

Libella, vide Libra.

Libellio, Libellus, vide Liber, priore correpta.

Libens, Libenter, vide Liber.

Libentia Dea, vide Libet.

Libentina dea, Venus, seu Proserpina. August. lib. 4. de civitate Dei. Neque enim audent alias partes sub nomine deorum, vel deorum, deæ Cloacinae tribuere: aut Volupiæ, quæ à voluptate appellata est: ut Libentinæ, cui nomen est à libidine. Hujus meminit & Cic. 2. de nat. deor.

Libēr, priore prod. in genitivo Liber, Bacchus, sive Dionysius, *λιβέρος* vini repertor. Multos autem fuisse Liberos, sive Bacchos, Dionysiose ostendit Diodorus: quorum longè celeberrimus est, qui ex Semele & Iove genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Boeotis natum, qui Liber appellatus est à liberando: nam libertatis deus est: sive quod Boeotia urbes liberas fecerit (ipse enim, ut inquit Plutarchus, pro Boeotia libertate pugnavit) vel quia vinum curas solvat, & mentem ab illis liberet: seu quod vino usi, liberè loquantur. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Senec. lib. de tranquill. vita, Liberum appellatum dixit, non ob licentiam linguæ, sed quia liberat servitio curarum animum, & tristitia medetur. Varro à labendo deducit, quod lubrica mens ebria, quod lubet prolabatur. Augustinus docet Liberum vocari quod mares in coendo per ejus beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in feminis agere Liberam, quam etiam Venetrem putant. ¶ Interdum Liber usurpat pro ipso vino: sicut Ceres pro frumento. Salve liberi lepos, vinum. Plaut. Curc. sc. 2. a. 1. Liber lepidus vini polles. Ibid. Terent. in Eunuch. Sine Cere & Baccho friget Venus. Liber etiam dicitur Sol, quia liberè per aërem vagatur. Virg. lib. 1. Georg.

— vos è clarissima mundi  
Lumina, labens em calo qua ducitis annum,

Liber & alma Ceres.

Libera Dea, Ariadna. Ovid. 3. Fast.

Liberalia, orum, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur *λιβερία*. Nonius. Libera lingua loquuntur, ludis liberalibus. Cic. ad Cornific. lib. 12. Liberalibus literas accepi tuas. Idem ad Attic. Liberalia tu accusas? Liberaliorum periphrasis. Ovid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.

LIBER, a, um, à *λιβέρος*, libatio, quæ quia spontanea esse debet, inde Læbeo, & Læber prisci dicebant Fes. Sui juris, in sua potestate. ¶ Servus. ¶ *λιβέρος λιθοφάστης λιθόποιος*. GAL. Libre, franc. ITAL. Libero non servo. GER. Grey. HISP. Libre de servidumbre. ANGL. Free, at libertie not bounden. ¶ Cic. 2. de nat. deor. Qui de libera matre est, liber est. Idem pro Cacina. Non potest jure Quiritium liber esse, qui

in numero Quiritium non sit. Servum antestari? T. Item, ut scias me liberum esse Plaut. *Circul. sc. 2. a. 5.* Tun' libero homini male servas loquere. Idem *Afin. sc. 4. a. 1.* Meāne ancilla libera ut sit, quam ego nunquam emisi manu. Idem *Circul. sc. 2. a. 5.* Ludificant ingenuam & libertam. Idem *Merc. sc. 6. a. 1.* Liber eslo, atque abito, quō voles. Idem *Men. eth. sc. 7. a. 5.* Liberum te abire jussi. Idem *ibid. sc. 8. a. 5.* Tanquam si me argento emeris liber servivo tibi. *Ibid. sc. ult. a. 5.* Liberi lubentius sumus, quam servimus. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Libera ego sum nata. Idem *Circul. sc. 2. a. 5.* Cūm tu es liber, gaudeo Messenio. Idem *Men. sc. 7. & ult. a. 5.* ¶ Aliquando liberum etiam dicimus, pro ocioso, & omni negotio, cuiāve vacuo, ut, Soluto, liberōque animo esse, apud Cicer. 4. *Verr.* Idem 1. *Officior.* Si ab omni animi perturbatione liber sis. ¶ Liber etiam pro eminenti & extanti. Vatro in *Eumenid.* ut citat Nonius: Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. ¶ Item pro magno, seu valido. Ovid. *Epist. 8.*

*Perfunctor infelix liberiore malo.*

Hinc campus liberior, *ιερός τοις θεοῖς*, qui amplius est, latēque patens, & in quo equi libero inoffensōque cursu vagari possunt. Indēque sumpta translatione, Oratores liberum ad dicendum campum nactos dicimus, quum in locum latē patentem inciderunt, amplam suppeditatem materiam ad latiū expatiandum. ¶ Libera uti lingua, *παρέγνωσης*, est audacter loqui quod sentias, nihilque aut potentiae alijcūs, aut gratiae tribuere. Plaut. in *Cist.* Quia quum adeò me complevi flore Liberi, Magis libera uti lingua collibitum est mihi. ¶ Libero corde fabulari, est fabulari liberè, & sine timore. Idem in *Epid.* Facilè tu istuc sine periculo, & cura, corde libero Fabulare Jovi. ¶ Liberae ædes, quibus quis uti potest, tanquam suis. Idem in *Milit.* Liberae sunt ædes, liber sum autem ego, me uti volo liberè. ¶ Liberum arbitrium, est animi voluntas, ac sententia libera. *Liv. 2 bell. Macedon.* Et permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sacerdotetur, metuebant. Cicero voluntatem liberam vocat. ¶ Liberum cælum, quod omnibus æquè commune est. Idem 1. *Tuscul.* Et in liberum cælum, tanquam in domum suam, venerit. Libero cælo se permittunt aves. Quintilian. Liberæ literæ, quæ liberius atque audaciūs loquuntur. Cic. ad *Attic.* lib. 1. Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epicoticis paulò liberiores literas committere audeo. ¶ Libera manda-ta, quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. *Liv. 7. bell. Macedon.* His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata de summa terum Senatus constituit. ¶ Liberum tempus, id est, vacuum, quo omni cura soluti sumus. Cic. 1. *de finib.* Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quūmque nihil impedit, &c. Ovid. 5. *Fastror.*

*Liber ab arboribus locus est apta area pugnae.*

¶ Liberum hospitium, mox laxum spatum. Senec. *Epist. 89.* ¶ Aliquando liber, qui nulli rei est obnoxius: ut, Liber à delictis, qui nulli delicto est obnoxius. apud Cic. *pro lege Agrar.* ¶ Liber à fide, qui fidem solvit. *Livius 7. bell. Punice.* Ita tollit inducias, ut liber à fide incepit exequatur. ¶ Liber ab irrisione, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur meritò possit irrideri. Cicer. 4. *Academ.* Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristoteles, &c. ¶ Liber à legibus, id est, solutus à legibus. Plautus in *Trinum.* ¶ Sic liber à prædonibus, Liber à metu. ¶ Sine præpositione: ut liber omni cura animus, apud Cic. 1. *de finib.* Aliquando cum genitivo constituit pro liberali. Plautus in *Amphitr.* Nam ego vos novisse credo iam, ut sit pater meus. Quām liber harum rerum multarum siet. ¶ Liberum est mihi, eleganter dicitur, pro licet mihi, vel possum, & in arbitrio meo constitutum est. Plin. in *Epist.* Erit enim & post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. ¶ Relinquere liberum alicui. Quintilian. lib. 1. cap. 4. vocabulum, an appellatio dicenda sit *αρεσκευαστικόν*, & subjicienda nomini, nēcne: quia pati refert, liberum opinatur relinquo.

Libere, Ingenuè & liberaliter, suo more, sive arbitrio, audacter. *ἰδείς τε γένεις.* GAL. *Librement, franchement.* ITAL. *Liberamente, splendida gente.* GERM. *Freygäbig.* HISP. *Liberal, franco.* ANGL. *Liberal, free, hasted.* ¶ Cui contraria sunt parcus, avatus, avidus, tenax, & lordinus. Cicer. pro *Quint. Roscio*, Liberalis avidum fraudasse dicitur. *Ibidem*, Roscius semper liberalissimus munificentissimisque fuit. Idem lib. 3. de *Orator.* Quid tam porrò regium, tam liberalis, tam munificum, quam opem ferre supplicibus. Paulò liberalior vita ei objecta. (nempe luxurioso.) Quintilian. ¶ Sunt etiam qui ita distinguant, ut liberalis sit, qui parvis & privatis hominibus beneficia præstat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: sic liberalitas & naturæ benignitas, quæ maximè in præstanta opera amicis perspicitur, & versatur inter privatos & parvos homines; munificencia, inter magnos. Quod nomen à Libero patre ( si Valerio maximo credimus ) deductum est. Materia minus liberalis ( de causa & lite tenui. ) Quintilian. Liberalis potio, i. largior & copiosior. Cels. lib. 3. cap. 6. At porcio esse debet magis liberalis, & ante cibum, & post hunc. &c. ¶ Accipitur quandoque liberalis, pro egregia forma, & elegantia. Plaut. in *Militie*, Lepida & liberali forma est. Terent. in *Eunuch.* Quām liberali facie, quam ætate integræ. Ecastor pulcher est, & liberalis. Plaut. *Merc. sc. 1. a. 1.* Liberali ingenio dicitur esse, qui ingenuus est, & apertus. Terent. in *Adelph.* Nam ingenium novi tuum liberalis. ¶ Liberale responsum, hoc est, dignum ingenuo, & libero homine. Cicer. ad *Attic.* lib. 3. Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum, à turpissimo concilio revocaret, &c. ¶ Liberale conjugium est, quod inter ingenuos & liberos sit. Terent. in *Andria.* Spero consuetudine, & conjugio liberali devinctum, Chreme, Dehinc facile ex illis sese emersurum malis. ¶ Liberale judicium, & causa liberalis, in quo de alicuius agitur libertate, *ἰδείς τε δημ.* Quintilian. lib. 6. cap. 4. Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fecidissimus esset, eum, contra quem judicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. in *Circul.* Memento promissile te, si quisquam hanc liberali causa manu assereret, mihi argentum omne redditum iri. Terent. in *Andria.* Nam ego illam liberali causa assero manu. Ubi *Donatus*, Ordo est, Ego liberali causa assero illam manu: & sunt iustis verba, à quibus etiam assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Vide *Aff. ro.* ¶ Liberales artes, quæ solius ingenij, non manuum ministerio peraguntur. *ἰδείς τε μηχανα.* cujusmodi sunt Grammatica, Dialectica, Geometria, ceteræque id genus: ideo liberales dictæ, quod liberum hominem potissimum deceant: nam manibus corporisque labore victum queritare, illiberali quiddam habet & servile. Cic. 1. *de Invent.* Quos habuerit artium liberalium magistros quos vivendi præceptores, &c. Plin. lib. 14. Pessum ierte vita pretia: omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, at servitute sola profici cœptum. Cic. *de Orat.* Ingenius artes appellat, Studia liberalia, Tacit. lib. 3. Liberalis doctrina. Cic. 5. *de finib.* Liberalis eruditio & doctrina. Idem 1. *Tuscul.* A liberali misa non abhorrens. Gell. cap. 1. lib. 9. Liberalis vox & actio. Quintil. Liberalia studia dicta, quod homine libero sint digna. Senec. Epist. 89. ¶ Illiberales vero, opifcia quæ in manum opera consistunt, habent enim servile ministerium. ¶ Liberales joci, id est, libero quadam animo pronuntiati. Plin. in *Panegyr.* Sed benigna invitatio, & liberales joci, & studiorum honor. &c.

Liberalitas, atis. X. Servitus. *ἐπιτάξις chupshah, ἀδεία.* GAL. *Liberté, franchise.* ITAL. *Libere, licenza.* GER. *Freiheit.* HISP. *Libertad, licencia.* ANGL. *Freedom or liberty.* ¶ quam sic definit Florentinus l. *libertas, ff. de statu hominum.* Libertas, est naturalis facultas ejus, quod cuique facere liber, nisi si quid vi, aut jure prohibetur. Cic. in *Paradox.* Libertas est potestas vivendi ut velis. Immodica & intemperista libertate uti. Velleius. Libertas testamentorum jure prohibita. Quintilian. Patriam & libertatem perdidi. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 1.* liberati confirmare, vide *Confirmare.* In libertate esse quid? & in libertate esse aliud, aliud liberum esse. Quintil. *declam.* 340. ¶ Item libertas iusta, quæ juxta Iurisconsultos. Suet. in *Aug. cap. 40.* Accipitur etiam libertas pro eo quod Græci vocant *παρέγνωσης*, hoc est, pro loquendi, admonendi, sententiam dicendi, increpandi que audacia: potestas, quum scilicet quidvis quod sentimus, libere loquimur, nullius respectu, gratiæ, aut potentiae commoti. Et in hac significazione libertas accipitur ferè in meliorem partem. X. Assentatio. Licentia vero in malam ferè partem, quum quis libertate intemperanter abutitur, & procaciter. Est enim licentia immoderata imputique quedam facultas agendi, dicendique quicquid velis. Quintilian. quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Terent. in *Heaur.* Deteriores omnes sumus licentia. Usurpatur tamen quandoque licentia pro libertate in bonam partem, ut apud Cicer. lib. 3. *Officior.* Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat,

ut quodcumque probabile maximè occurrat, id nostro jure licet defendere. Idem lib. 1. *ejusdem operis*, magnis enim illi & divinis bonis, hanc licentiam assequebantur. ¶ Libertas quandoque etiam in malam partem accipitur, pro effreni quadam animi libidine. Cicer. 5. *Verr.* Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatemque vivendi. Idem pro *Flacco*, Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderata, & licentia concionum. ¶ Adimere libertatem, est aliquem libertate spoliare. Idem pro *domo*, Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem admisses. ¶ Amittere libertatem, *ibidem*, Nemo civis Romanus, aut libertatem, aut civitatem possit amittere, nisi ipse autor factus sit. ¶ Dicimus præterea, habere libertatem, largiri libertatem, retinere libertatem, recipere libertatem, tenere libertatem, vindicare in libertatem: quorum exempla nusquam non occurunt. ¶ Dare libertatem alicui, pro liberum facere, Cicero. pro *Flacio*, Tabella quæ dat eam libertatem, ut quod velint faciant. ¶ Libertas etiam, libertatis dea dicebatur eujus templum in Aventino constitutum, fuisse narrant historiae. ¶ Libertas aliquando dicitur pro ingenuitate. Hermogen. lib. 40. *D. de liber. caus. 11. 12. 1. 40.* Cum pacto partitionis pretij major viginti annis venalem se præbuit, nec post manumissionem ad libertatem proclaimare potest. ¶ Libertatis nomen propriè convenit ad manumissos; sed transfertur ad multa. Est enim libertas primùm quæ servum liberat à domino, deinde quæ nexus à creditore: quandiu enim vinculis ob æris alieni gravitatem tenerit, liber non est: tertiò quæ civem à magistratus injuria. Quovis enim delicto ac scelere ( uno excepto perduellionis criminis ) cives Romani à securibus & fascibus, id est, à nece & verberibus vetetum legum Valerianæ, Porciæ, Semproniarumque beneficio defendebantur. Postremo latiū etiam libertas diffunditur, cum jus illud significatur quod inter omnes cives æquum, nullo neque fortunæ, neque dignitatis discrimine leges constituunt, ut omnes libertati sint, nemini quisquam, præterquam legibus pareat. Ex quo etiam liberi populi dicebantur, qui suis legibus uterentur, neque regibus, neque cuiquam populo parerent, neque omnino cuiquam vestigial ullum penderent: qualis aliquando Carthago, Corinthus, Athenæ, ipsa vero ultra quingentos annos Roma fuit. P. Manut. in *Additamentu.*

Liberalis, e, Benignus, munificus. Vide *Gel. cap. 5. lib. 17.* *ἐπιτάξις nadhīb үнүү schoab,* *इन्द्रजीवा, द्वाष्टालि.* GAL. *Liberal, franc.* ITAL. *Liberale, magnifico.* GERM. *Freygäbig.* HISP. *Liberal, franco.* ANGL. *Liberal, free, hasted.* ¶ Cui contraria sunt parcus, avatus, avidus, tenax, & lordinus. Cicer. pro *Quint. Roscio*, Liberalis avidum fraudasse dicitur. *Ibidem*, Roscius semper liberalissimus munificentissimisque fuit. Idem lib. 3. de *Orator.* Quid tam porrò regium, tam liberalis, tam munificum, quam opem ferre supplicibus. Paulò liberalior vita ei objecta. (nempe luxurioso.) Quintilian. ¶ Sunt etiam qui ita distinguant, ut liberalis sit, qui parvis & privatis hominibus beneficia præstat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: sic liberalitas & naturæ benignitas, quæ maximè in præstanta opera amicis perspicitur, & versatur inter privatos & parvos homines; munificencia, inter magnos. Quod nomen à Libero patre ( si Valerio maximo credimus ) deductum est. Materia minus liberalis ( de causa & lite tenui. ) Quintilian. Liberalis potio, i. largior & copiosior. Cels. lib. 3. cap. 6. At porcio esse debet magis liberalis, & ante cibum, & post hunc. &c. ¶ Accipitur quandoque liberalis, pro egregia forma, & elegantia. Plaut. in *Militie*, Lepida & liberali forma est. Terent. in *Eunuch.* Quām liberali facie, quam ætate integræ. Ecastor pulcher est, & liberalis. Plaut. *Merc. sc. 1. a. 1.* Liberali ingenio dicitur esse, qui ingenuus est, & apertus. Terent. in *Adelph.* Nam ingenium novi tuum liberalis. ¶ Liberale responsum, hoc est, dignum ingenuo, & libero homine. Cicer. ad *Attic.* lib. 3. Quod si non modo tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum, à turpissimo concilio revocaret, &c. ¶ Liberale conjugium est, quod inter ingenuos & liberos sit. Terent. in *Andria.* Spero consuetudine, & conjugio liberali devinctum, Chreme, Dehinc facile ex illis sese emersurum malis. ¶ Liberale judicium, & causa liberalis, in quo de alicuius agitur libertate, *ἰδείς τε δημ.* Quintilian. lib. 6. cap. 4. Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fecidissimus esset, eum, contra quem judicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. in *Circul.* Memento promissile te, si quisquam hanc liberali causa manu assereret, mihi argentum omne redditum iri. Terent. in *Andria.* Nam ego illam liberali causa assero manu. Ubi *Donatus*, Ordo est, Ego liberali causa assero illam manu: & sunt iustis verba, à quibus etiam assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Vide *Aff. ro.* ¶ Liberales artes, quæ solius ingenij, non manuum ministerio peraguntur. *ἰδείς τε μηχανα.* cujusmodi sunt Grammatica, Dialectica, Geometria, ceteræque id genus: ideo liberales dictæ, quod liberum hominem potissimum deceant: nam manibus corporisque labore victum queritare, illiberali quiddam habet & servile. Cic. 1. *de Invent.* Quos habuerit artium liberalium magistros quos vivendi præceptores, &c. Plin. lib. 14. Pessum ierte vita pretia: omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere, at servitute sola profici cœptum. Cic. *de Orat.* Ingenius artes appellat, Studia liberalia, Tacit. lib. 3. Liberalis doctrina. Cic. 5. *de finib.* Liberalis eruditio & doctrina. Idem 1. *Tuscul.* A liberali misa non abhorrens. Gell. cap. 1. lib. 9. Liberalis vox & actio. Quintil. Liberalia studia dicta, quod homine libero sint digna. Senec. Epist. 89. ¶ Illiberales vero, opifcia quæ in manum opera consistunt, habent enim servile ministerium. ¶ Liberales joci, id est, libero quadam animo pronuntiati. Plin. in *Panegyr.* Sed benigna invitatio, & liberales joci, & studiorum honor. &c.

Liberalitas, Munificencia. A libero patre videret deducta apud Valer. Maxim. cap. 1. lib. 3. initio. *ἐπιτάξις nedhabah נדבָה nedabitah.* *इन्द्रजीवा प्रदानम्.* GAL. *Liberalité; honnête largeesse.* ITAL. *Liberalità, magnificenza.* GERM. *Freygäbigkeit.* HISP. *Liberalidad, franqueza.* ANGL. *Liberalities, bounties, freeharts in giving.* Cic. 5. *de finib.* Nam quum

quum ita nati factique sumus, ut & agendi aliquid, & diligendi aliquos, & liberalitatis, & referendæ gratia principia in nobis contineremus, &c. Idem 1. Officior. justitia est conjuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Liberalitas (ut inquit Speusippus) est habitus, qui in querendis, erogandisque pecuniis decorum servat. Hoc est, decens & moderata acquisitio, & erogatio pecuniae, avaritia, & prodigalitatis extremis tanquam finibus circumscripta. Nam si non tantum, quantum oportet, tribuas; avaritia oritur: sin excedas in dando modum, desque plus quam oportet, & cui non oportet, & quando, & qua causa non oportet; in vitium laberis prodigalitatis. ¶ Aliquando ita accipitur liberalitas, ut servili metui opponatur. Teneant. in Adelph. Pudore, & liberalitate, liberos retinere satius esse credo, quam meru. Quo Terentij loco sic Donatus. Pudore, ad filios retulit, liberalitate ad parentes. Argumentum à conjugatis, Liberalitate regendi sunt, propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem autem bonitatem dicit.

**Liberality**, Largè, munificè, indulgenter, liberè, splendidè. { i. a. Regius. GAL. Liberalè, franchement. ITAL. Liberalmente, magnificamente. GERM. Freigabiglich. HISP. Liberalmente, francamente. ANGL. Liberie, bountifullie. } Cic. 4. Verr. Hi porrò, qui successerunt, vehementer istius cupidi; liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Idem 3. de finib. esqué hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus. ¶ Liberaliter eruditus is dicitur, qui optimis artibus institutus est. Idem 2. Tuscul. Sed si possumus, eos excitemus, qui liberaliter erudit, adhibita etiam differendi elegantia, ratione & via philosophantur. Sic liberaliter instructus, apud Cæsarem lib. 3. bell. civil. Liberaliter servire, id est, alaci animo, libenter obsequendo. Terent. in Andr. Propterea quod serviebas liberaliter. Liberaliter respondere, & liberaliter appellari. Cæs. 3. de bell. civ. ¶ Item pro Indulgenter, ut apud Salust. Exercitum, quem in Asia ductaverat, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Cujus contrarium est, Illiberaliter, de quo suo loco.

**Liberi**, orum, plur. tantum numer. Dicuntur filii, vel filiae, quamvis etiā liberorum appellatione unicus filius, & unica filia intelligatur. { בָּנִים. בָּנָה, ταῦτα, οὗτοι. GAL. Enfans, ou enfant, lignée. ITAL. Figlioli. GERM. Kinder. HISP. Los hijos. ANGL. Children. } Cajus in l. non est. ff. de verborum significat. Non est sine liberis, cui vel unus filius, unâve filia est. Terent. in Heeyr. Qui illum decreverunt dignum, suos cui liberos committerent. Sic & Cic. En cui tuos liberos committas, quum de uno ageret. Liberi liberæque: Liv. 3. ab Urbe. Liberorum quærendorum causa ei uxori data est. Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Gell. cap. 3. lib. 4. Quod tibi sempernū salutare sit liberis procreandis volo te uxorem ducere. Plaut. Aul. sc. 3. a. 1. Olim tamen in usu erat nominativus singularis liber, pro filio. Catul. in Argon.

Optavit genitor primi & vi funera gnatū,  
Liber ut innupta petreverur flore noverca.

¶ Item nepotes & pronepotes, ceterique ex his descendentes, Liberorum appellatione continentur. Paulus, ff. de gradibus & affin. l. Iurisconsult. Liberi inquit, vocantur usque ad trinepotem. Callistratus l. liberorum, ff. de verborum significat. Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, ceterique qui ex his descendunt, continentur, hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim Tabularum comprehendit. Similes patri liberi, Seneca in Medea. Parere liberos, Idem Thebaid. Procreare liberos. Quintil. lib. 3. e. 8. Auctus liberis. Tacit. lib. 3. Tanquam auctus liberis Drusus domū Germanici magis urgeret. Dare operam liberis, est procreandorum liberorum causa cum uxore rem habere. Cicero. 1. Officior. Liberis dare operam, re honestum est; nomine obsecnum. ¶ Liberi dicti sunt à libertate regendi, ut ait Donat. Item de brutis. Lanij concinnant liberis orbates. Plautus Capt. sc. 1. a. 4.

**Libertus**, qui quum esset servus, factus est liber: ita dictus quasi liberatus. { ἀπελεόθεος, ἀπελεόθεοις. GAL. Affranchi, & mis en liberté. ITAL. Fatto libero di servo. GERM. Ein freigelassener. HISP. El que de seruo fue hecho libre. ANGL. Afranking, he yas is enfranchised. } Vid. Patronus. Plaut. in Asin. sc. 3. a. 3. Magis decorum est, libertum potius, quam patronum, onus invia portare. Vopianus cum esse libertum definit, quem quis ex servitute ad civitatem Romanam perduxit. Quintil. lib. 7. cap. 8. Patrono in libertum manus injectio fit. Idem lib. 11. cap. 1. Eadem pro libertis adversus patronos observantia. Nec mihi libertus est ullus. L. Quis tu es. C. Libertus illius. Plaut. Cura. sc. 1. a. 3. & sc. 3. a. 4. Salvere jussi libertum. Jam manuē emissus? Item, Quo nos vocabis nomine? A. Libertos. L. Non patronos? Idem Asin. sc. 3. a. 3. Libertorum suorum herus, Pompeius. Velleius, Libertorum tria genera olim, Romanorum, Latinorum, & Dedititorum, Justinian. Instit. de libertin.

**Libertà**, fœmininum. { ἀπελεόθεος. GAL. Affranchie, & mise en liberté. ITAL. Fatta libera, francata. HISP. Libertada, h-cha franca y libre. ANGL. She yas is enfranchised. } Horat. 1. Serm. satyr. 1.

— at hunc liberta securi

Divisit medium fortissima Tyndaridarum.

Modestinus, Libertis libertabūsque meis, libertum libertæ testatoris non contineri. Experiar, quam mihi fore libertam, & quam venalem credam. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1.

**Libertinus**, i. . X. Ingenuus, ἄνθρωπος, άνθρωπος. Libertus ad patrum refertur. Per libertinum enim significamus conditionem hominis; sicut per ingenuum: per libertum vero, privatum quendam respectum ad patronum. Plaut. in Milite, Ingenuam, an libertinam? Propriè itaque libertini dicuntur, qui ex libertis procreati sunt, hoc est, qui ipsi quidem nunquam servierunt, sed quorum parentes antequam filii nascerentur, è servitute manu emissi sunt. Cic. 4. Philipp. Ipse ex libertini filia suscepit libertos. ¶ Postea tamen Libertinorum, & Libertorum vocabula in eadem significatione usurpari coeperunt, pro iis scilicet, qui post justam servitutem libertatem escaut consecuti. Quod manifestissime ostendit Sueton. in Claud.

Calepini Pars I.

cap. 24. his verbis, Ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquando, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreat. Quint. declam. 411. Qui à servitute in libertatem venit, libertinus dicitur. ¶ Libertinitas, Ipse status libertini dicitur, ut ingenuitas ingenui; in l. juxta 40. C. de liberali causa. Sive de libertinitate, sive de ingenuitate quæstio moveatur.

**Liberio**, as, Manumitto, & ex servo libertum facio, libertate dono, in libertatem traduco. { וְאַתָּה כִּי-פְּשֵׁלֶת הַבָּשָׂר וְאַתָּה כִּי-פְּשֵׁלֶת הַבָּשָׂר. GAL. Deliverer, mettre en liberté, affranchir. ITAL. Liberare, donare la liberté. GERM. Freihen/ledigen/erlösen. HISP. Librar de servidumbre ó peligro. ANGL. To infranchise and set at liberty, to deliverer. } Propriè heri est, quum servum de potestate sua emittit. Nonnunquam tamen & servus se liberare dicitur, cùm peculio se redemit. Cicero. 1. de Orat. Si quis apud nos seruisset ex populo federato, teseque liberasset. Aliquando forense verbum est, idem significans quod absolvō, & ab actione intentata liberum judico. ἀφίνημα. Idem pro Client. Judices hunc quem jam bis condemnatum acceperant, liberarunt. Idem 4. Verr. Qui Sopatrum eodem illo criminis liberarant. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Quin omnes populum hac peste liberat? Idem ibid. Quin tu labore liberas te onere crumenæ. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Non te sinam hic esse triduum, quin te liberalem liberem. ( i. manumitterem emptam à domino.) Idem Curcul. sc. 3. a. 1. Eum velle aiunt amicam liberare. ( i. manumittere emptam à domino.) Ibid. sc. 5. a. 1. Si recte facias, here, me emittas manu. Liberem ego te? Idem Menach. sc. 7. a. 5. Amicas emite, liberate. Idem Most. sc. 1. a. 1. Vbi amans scortum liberet. ( i. manumitterat.) Idem Capt. sc. 4. a. 5. Item cum genitivo, liberare ejus culpe regem. Liv. 1. d. 5. ¶ Præterea generale verbum est, significans ex molestia, damno, vel periculo eripio. Cic. Attic. Næ tu me sollicitudine magna liberaris. Liberare fidem, est præstare promissum. Idem pro Flac. Ipse tamen Fusis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Liberare se ære alieno, est creditam pecuniam creditori numerare. Idem ad Attic. lib. 6. Ita multæ civitates ære alieno liberatae, &c. Liberare item debitorem dicitur creditor, aut ejus hæres, quum quod sibi debebatur, ei acceptum refert. Papin. l. quum hæres. ff. de liberat. legat. Quum hæres rogatur debitorem suum liberare, de eo tantum cogitatum videtur, quod in obligatione manabit. ¶ Liberare promissa, pro Abrogare, vel eorum tollere obligationem, ac facere ne ligent. Cic. 1. Offic. Quæ quidem promissa pleraque jure Prætorio liberantur, nonnulla legibus. ¶ Liberare (inquit Sipontinus) eriam aliquando usurpamus pro eo quod est Addicere. Vnde in litationibus, rē, quæ venalis proposita est, plus offerēt addicere, seu liberare dicimus: & non modo qui vēdit, sed etiam qui emit, rem ipsam sic venditam liberare dicitur. Hinc liberationis vocabulum, Paul. Juris. in l. liberationis, ff. de verb. & rer. signif. affirmat eandem vim habere, quam solutionis. Et contrā, solutionis verbum ad omnem liberationem pertinet, ut vult idem Paul. in l. solutionis, ff. de solutionib.

**Liberatōr**, is, Vindex libertatis. { וְאַתָּה מְכַחְפֵּשֶׁת הַמְּשֻׁלָּח. GAL. Qui delivre & met en liberté. ITAL. Liberatore, chi mette en liberté. GERM. Ein erlöser. HISPI. Et quo libra. ANG. He that delivereth and setteth at libertie. } Cicero. ad Attic. Patriæ liberatores utbe carebant ea, à cujus cervicibus jugum servile dejeccerant. Idem alibi, Romæ nostri liberatores tutò esse non possunt.

**Liberatōnis**, Actus liberandi dimissio, absolutio. { תְּלַבֵּת הַמְּשֻׁלָּח. GAL. Deliverance. ITAL. Liberatione. GERM. Erlösung/erledigung. HISP. Libramiento. ANGL. An enfranchising or setting at liberty. } Cic. in Pison. Reorum acerbissimæ damnationes, libidinosissimæ liberationes. ¶ Accipitur præterea liberatio pro acceptilatione, quæ à Græcis δωροῦ dicitur, siue pro absolutione à nexu. Vnde tit. est in Pand. de liberatione legata. ¶ Pro solutione. Paulus, D. de V.S. Liberationis verbum eandem vim habet, quam solutionis.

**Liber**, bri, à λεῖο. Propriè corticis genus est tenuius, quod in phillyras plures dividi potest: cuiusmodi erant, quæ papyris in Aegypto derrahebantur, chartæque usum pratibebant. { תְּלַבֵּת הַמְּשֻׁלָּח. GAL. Escorce d'arbre. ITAL. Scorza d'albero. GERM. Bast die innen baum rinden. HISP. La corteza del arbol. ANGL. The bark of a tree. } Cicero. 1. de nat. deor. Trunci obducuntur libro, aut cortice, quod sint à caloribus & frigoribus tutiores. Plin. lib. 13. cap. 11. Palmarum foliis primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quovis cortice positum invenitur. Col. lib. 5. c. 10. Ita librum arboris inolescere finito. Virg. 10. Eclog.

Nec si quum moriens alta liberaret in ulmo.

Idem 2. Georg.

— *huc aliena ex arbore germen*

Includunt usq[ue] docent inolescere libro.

Et quoniam libri, hoc est, tenuiores arborum cortices, chartæ olim usum præbebant, codices quoque, qui ex iis compaginai solebant, libri dicti sunt. { טְבֵלֶת שְׁפֵרֶת. GAL. Livres. ITAL. Libri. GERM. Bücher. HISP. Libros. ANGL. A booke. } dicti sunt: obtinuitque usus, ut quamvis mutata re, aliisque iam inventis chartatum generibus, priscum tamen manserit nomen, librique dicantur qui ex pluribus concinnati sunt chartis, ex quacunque materia preparatis. Idem & Codices dicuntur, ab arborum codicibus, ex quibus antiqui tabulae lignæ ad scribendi usum solebant conficere, easque cera obducere. Cic. Attic. Demetrij librum de concordia tibi remisi. ¶ Librum edidit, non esse, &c. id est, librum conscripsit, in quo contendit non esse, &c. Suet. in Julio Casare, Librum edidit, non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicit. ¶ Liber commentator. Gell. cap. 7. lib. 14. ¶ Liber (de Oratione pro Cæcina.) Quint. Græci incedunt suffarinati cum libris, cum sportulis. Plaut. Cura. sc. 3. a. 2. Quasi in libro cum scribuntur calamo literæ. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Invenies illam inter libros. Ovid. Eleg. 7. lib. 3. Tripl. & eleg. ult. lib. 3. Tripl. ¶ Quandoque tamen libros vocant operis alicujus partes,

certaque segmenta, in quæ totum opus distinguitur. Græci λόγος, τόπος, καὶ βιβλίον appellant: ut Virgilij Aeneida in xii. libros distincta esse dicimus. ¶ Liber præterea ponitur pro Inventario, ut vulgo dicitur, sive registro, quod & repertorium dicitur. Cicer. 5. Verr. Misit literas ad Carpinatum, quas ego Syracusis apud Carpinatum in literarum allatarum libris, Romæ in literarum missarum apud Tullium magistrum familiarem tuum inveni. Bud. ¶ Libri elephantini, ex ebore facti magnificis expensis. Rituales sacri. Jun. ¶ A liber, quando corticem significat, sit verbum Delibro, quod est corticem detraho. Διαλεκτικόν, δέρο πλοιών. Vide suo loco.

Libellūs, i. Parvus liber. Χαμηλός, βιβλίον. GAL. Un livret, petit livret. ITAL. Libretto. GERM. Ein büchlein. HISP. Librillo. ANGL. A little booke. 3. Martial. lib. 14.

Omnis in hoc gracilis xeniorum turba libello  
Constatuit numis quauor empta tibi.

Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

— Majora libelli

Et diurna magis sunt monumenta mei.  
Sed ego fastorum scripsi totidemque libellos,

Cumque suo finem mense volumen habet.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. Item in prima fronte libelli. (i. librorum metamorph.) Idem Eleg. 6. lib. 1. Trist.

Sera redundavit veteru vindicta libelli. (i. trium librorum de arte amandi.)

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. Ad libellum respicere, ut pueri oblivious solent. Quint. ¶ Libellus etiam dicitur pars totius libri in plures divis. Cell. lib. 6. cap. 7. Quæ compositio priore libello continetur. At ipse libellus, quintus liber est totius operis. ¶ Aliquando veteres usi sunt pro epistola, sive tabella. Brutus ad Cic. lib. 11. Ne de Planco quidem spem adhuc abjecit, ut ex libellis ejus animadvertis. E libello sermones habere. Sueton. in Aug. cap. 84. In hoc libello ob-signato attuli gaudia multa. (i. in epistola.) Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. ¶ Inde libellationes dicti sunt, de quibus infra. ¶ Libelli etiam dicuntur quod vulgus supplicationes, ἡμέραις. appellat: quos Martialis, Suplices libros nominavit illo hendecasyllabo,

Idem supplicibus vocat libellis.

Tales enim principibus dari solent ad negotia explicada à subditis, in quibus petitiones continentur. Sueton. in Cas. pro eodem sine ad-dito dixit libellum, Libellumque indicem insidiarum, ab obvio quodam porrectum, libellis cæteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lecturus commisicuit. Libellum tradere. Idem in Claud. cap. 37. ¶ Libellos legere, & rescribere inter spectandum. Idem in Au-gust. cap. 44. ¶ Libellum porrigeret (de supplice.) ibidem cap. 53. Et libelli famosi cap. 55. lib. dem. Libellos quos componit litigator patronus contentus. Quint. ¶ Libellus ponitur etiam pro commen-tario, quam memoriam vulgo vocant. Idem lib. 12. cap. 8. Pessimæ vero consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alij ex genere advocato-rum. Quo in loco, teste Budæ, libellus accipitur pro scripto memo-riæ causæ parato, pro quo etiam libellum memoriale dicimus. Sueton. in Iul. Cas. Epistolæ quoque ejus ad Senatum extant, quas primū viderut ad paginas, & formam memorialis libelli conver-tisse. ¶ A Cicerone autem ad Attic. Libellus mandatorum dicitur, in quo memoriae causæ, quæ alicui mandantur, sive injunguntur, sunt præscripta. ¶ Libellus etiam, eodem Budæ teste, dicitur Epi-stola assertoria, quam vulgo certificationem vocamus: ut quas vecti-galium & tributorum immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectura res suas advehentes, importantesve inhibeant. Paul. in l. si publicanus. ff. de publican. Significant, inquit, id libello manu sua subscripto, cùmque ad publicanum mittant. ¶ Est & libellus men-suræ genus. Cato de re rust. cap. 15. Parietes villaæ si locet in pedes centum, id est, pedes denos quoquò versum habeat libellum in pe-des quinos, &c. ¶ Dicitur quoque libellus scripti genus, quo aliquis in judicium vocatur. Plaut. in Cure. sc. 3. a. 1. Ubi tu es, qui me bello Venereo citasti? ecce me sisto, ades contrà. ¶ A libellis autem mi-nistri illi esse dicuntur, qui principi in hoc negotio subserviunt, ut supplices libellos accipiant, evolvant, & isque respondeant. Suet. Epa-phroditum à libellis capitali pena condemnavit. ¶ Libellos pro-Ponere, est scriptum aliquod in locis publicis affigere, quibus notum aliiquid omnibus sit. Cic. pro Quint. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur huic ne perire quidem certè tacite, obscurèque conceditur. Per libellos respondere postulatoribus, Suet. in Neron. cap. 15. ¶ Libellos signare, sive subnotare dicitur is, qui libellis sup-plicibus, quas vulgus requestas vocat, responder. Plin. in Eris. Sedeo pro tribunal, subnoto libellos, conficio tabulas. Pro eodem legitur & libellos agere, ut in L. scriptum de distr. pign. Rescriptum est ab Imperatore, libellos agente Papiniano, i. Papiniano libellis apud Imperatorem præfecto. ¶ Apud leguleios libellus diversis modis dicitur. Nam est libellus accusationis, conventionis, repudij, & hujus-modi, ἔγκλημα, τὸ ἐπιτυχεύμα.

Libellulus, diminutivum à libellus, βιβλίον. Hieron. In præsenti li-bellulo edoceat.

Libellaria: Cujac. 1. de feud. tit. 2.

Libellarius contractus est venditio, quæ sit scriptura interveniente cer-to pretio, & hoc amplius, certa pensione constituta in annos singu-los, & hac plerunque lege, ut stato condicione tempore contractus renoveret tursus, numerato pretio, certo, vel arbitrario.

Libellaticus. Qui metu suppliciorum è pertrahebatur, ut idolis etiam sacra facerent, Sacrificati dicebantur, iidemque Thurificati. Qui non incendissent quidem thura idolis, sed tamen per libellos tan-tum nomina dedissent. Libellatici vocabantur. Cyp. lib. 4. Epist. 2. Ex Erasmo in Cyprianum.

Libellio, nis, masc. gen. A veteribus dicebatur, quem nos Tabellionem vocamus. Χαμηλός / ophér. ψευδωνυμός. GAL. Porteur de lettres, Notai-re. Tabellion. ITAL. Porta lettere, notario. GER. Ein bott/ oder brieff-träger. HISP. Mensajero, escribano. ANGL. Acaryer of letters, à no-

ter. 3. Vatto, Tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant.

¶ Accipitur interdum pro librario qui libros scribit, & vendit.

Stat. 4. Syl. ad Plotium.

Sed Bruti sensis oscitationes.

De capsa miseri libellionis,

Emptum plus minus esse Caiano,

Donas.

Librarius, a, um, quod ad libros pertinet. Σερφίνος. GAL. Qui appartenient à livres. ITAL. Chi chi appartiene à libri. GERM. Das zu den Büchern gehört. HISP. Cosa perteneciente à libros. ANGL. Belonging to books. 3. ut, Atramentum librarium, quo libri scribuntur: quem admodum futorum, quo coria: & tectorum, quo parietes denigrantur. Plin. lib. 35. c. 6. Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium, & tectorum, glutino admisto. Taberna libraria, in qua libri venales prostant. Βιβλιοπλάστερ. Cic. 2. Philipp. Quum tu illum in foro spectante populo Romano, gladio stricto infestus es: negotiumque transfigis, nisi ille se sub scalas tabernæ librariae concreasset.

Librarius, ij, substantivum, qui libros manu sua mercede describit. Βιβλιογράφος. GAL. Libraire, écrivain de livres. ITAL. Copiatore, copista. GERM. Ein buchschreiber / der vmb lohn bucher schreibt. HISP.

Librero, d el escribiente que escribe los libros. ANGL. A scrivener, a book writer. 3. nam qui eos vendit, Græco nomine Bibliopola dicitur, βιβλιοπόλις. Cic. pro leg. Agrar. Aliquando tandem me designato, lex in publicum proponitur, concurrunt justu meo plures uno tempore librarij, descriptam legem ad me afferunt. Liv. 8. bell. Maced. In L. Scipione malim equidem librarij mendum, quād mendacium superioris esse in summa auri atque argenti. Horat. in Arte.

Vt scriptor si peccat, idem librarius, usque

Quamvis est inonitus, venia caret.

Plin. lib. 7. c. 15. de insigni memoria Julij Cæsaris, Epistolas verò tantum rerum quaternas pariter librarii dictare, aur si nihil aliud ageret, septenas. Ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dicere videantur. Quintil.

Librariolus, i, diminutivum à librario. Σερφίατης. GAL. Petit libraire, ou écrivain de livres. ITAL. Picciolo libraro, d scritore de libri. GERM. Ein burchschreiberlin. HISP. Pequeño librero, d escribiente de libros. ANGL. A little scrivener or writer of books. 3. Cic. ad Attic. lib. 4. Et jam velim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyranno utatur glutinotoribus. Idem 1. de legib. Cujus loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Librariæ, x, substantivum, Taberna in qua libri prostant. Βιβλιοπωλεῖον. GAL. Librairie, bibliothèque. ITAL. Libreria. GERM. Ein buchladen. HISP. La libreria de libros. ANGL. A shope wherin bookes ar sold. 3. Gell. lib. 5. c. 4. Apud Sigillaria fortè, in libraria, ego, & Lucius Paulus Poëta, vir memoria nostra doctissimus, consideramus.

Librarium, ij, Theca est, sive scrinium quo libri continentur. Βιβλιοθήκη. GAL. Un garde livre, ou registre, Bibliothèque. ITAL. Cosa d altro luoco da guardare i libri. GERM. Ein buch tammer/liberey. HISP. Grueso registro, lugar para guardar libros. ANGL. A chefe to keep broakes or any lik thing. 3. Cicet. pro domo sua, Exhibe, quæso, Sexte Clodi, librarium illud legum vestiarum, quod te aiunt eripuisse è domo, & ex mediis armis, turbaque nocturna, tanquam Palladium sustulisse.

Libræ, x, Jovis & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur. Αρεπόν. Cit. 1. de nat. deor. Liber Cereris filius, & frater Liberæ.

LIBER, verbum impersonale, idem significans quod Placet: à labendo (ut Varro inquit) quod quæ placent in mentem prolabantur. Ιανάς jaāth. δοκεῖ, εἰπεται. GAL. Il plaist. ITAL. Piace. GERM. Es geliebt mir es gelüst mich. HISP. Agrada, d plaze. ANGL. It pleaset, it lyketh well. 3. Duo habet præterita, libuit, & libitum est. Plaut. in Pseud. sc. 3. a. 1. Cur id ausus facere? B. libuit. id est, sic volui, sic placuit mihi. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Si quid te volam, ubi eris? L. Ubicunque libi-tum erit animo meo. Tibull. lib. 4.

Seu libeat curvo brevius contendere gyro:

Ibidem.

Sen libeat duplēcē, seu juntūm cernere Martem.

Ut voles, ut tibi libebit, legem Imponito. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Qua libeat nubant dum dos ne fiat comes. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Vbi libet, roga. Idem Men. sc. ult. a. 5. Ubi libet, ire licet accebitum. Idem Mil. sc. 4. a. 2. Idem Curt. sc. 3. a. 4. Vbi restiteras? Vbi mihi libitum est. Idem Pseud. sc. 1. a. 4. Libet. Quid libet? Ibid. sc. 2. a. 5. Libet potare, armare, &c. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Nunc dum tibi libet, licetque, es, pota, perde rem. Ibid. Qui libet ludibrio habere me? Idem Menach. sc. 4. a. 2. Non licet te colloqui? B. At mihi non libet. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Age jam, quando tibi libet, peri. Idem Merc. sc. 4. a. 2. Ut tibi libet, quid tibi libebit fac. Idem Amph. Aliud cura quid libet. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Quid ista tibi tactio est? M. I. Quia mihi libitum est Idem Curt. sc. 2. a. 5. Ago ut libet. Idem Men. sc. 5. a. 5. Quod tibi libet, idem mihi libet. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. ¶ Hinc fit Quamlibet. Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Quamlibet exiguo solvit imbre vetus. (navis.)

Et eod. lib. 4. Eleg. 7.

— cur non tua dextera versus

Quamlibet in paucos officios a fuit.

¶ Hinc etiam Collibet, penult. corr. vel Collubet: collibuit, collibum est, Collibere, idem quod libet. Terent. in Eunuch. Siquid collibuit, novi te. Colum. lib. 11. cap. 1. Facturus mox, si collibuisse, quod nunc aggredior.

Libens, tis. Volens, voluntarius, gaudens. Καὶ ναδίτης ροτέσθ. ἀρθρ. ικάν. GAL. Qui volontier & de son bon gré fait quelque chose, volontaire. ITAL. Chifa da se & volontieri, facile. GERM. Gutwils lig/gern. HISP. A plazible y de buena gana. ANGL. Willing, that hath a good will to do any thing. 3. Cic. ad Attic. lib. 10. Si vera sunt, ignorantes: si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. Idem pro Client.

Eāmque

Eāmque animis vestris, aut libentibus, aut aequis rem itatis. Gratū libēns que do, cedo. (commodata.) Sen. cap. 11. de transq. Me libente feceris. Plaut. Curc. sc. 2. a. 6. Duorum hominum labori parsimē lūbens, Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Ut ego hunc ausculto lūbens. Idem Aul. sc. 5. a. 3. & depol me libente facies. Idem Amph. sc. 3. a. 2. Completere. Facio lūbens. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Liv. lib. 9. bell. Pun. Ut modicas injurias non aequo animo pati, sed prop̄ libenti videri possent. Cic. ad Attic. lib. 4. Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. Lubentissimo corde atque animo. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5.

Libēns, autore Donato, interdum adverbij significatione ponitur pro libenter. *ἀσθετός*. Terent. in Andr. Fugin hinc? s. Ego vero ac libens.

Libēntēr, Non gravatē, aequo gratoque animo. { *ένοχίας*, *άσθετός*. GAL. Volontiers. ITAL. Volentieri. GERM. Gern. HISP. De buena gana. ANGL. Willing with a good will. } Cicer. 4. Acad. Itaque quum aliud dicere atque sentire, libenter uti solitus est ea dissimulatione, &c. Horatius 2. Epod.

Dicit enim citius meminitque libentiles illud,

Quod quis deridet, quām quod probat, & veneratur.

Libenter vivere, & cenare, autore Donato, est bonorum ciborum edacem esse. Terent. in Ennius. sc. 9. a. 5. tu hercle cum illa Phœdra. Et libenter vivis: etenim bene libenter viētitas. Frigida non lavi magis libenter, Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Ut te libenter videam cūm ad nos veneris. Ibid. sc. 3. a. 3. Verbis conceptis libenter perjurabis. Idem Asin. sc. 2. a. 3. Liberi lubentius sumus, quām servi. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Nimio edo libentius. Idem Merc. sc. 6. a. 5. Item libentissime loqui de aliquo. Senec. cap. 3. de consol. ad Marc.

Lubēntiā. x. Voluptas, illecebra. { *תְּנוּנָה* hedhnah *תְּנוּנָה* ratson. idem. GALL. Volupté. ITAL. Voluptà. GERM. Wollust. HISP. Delyte. ANGL. Pleasure. } Gell. lib. 15. cap. 2. Cui libentiae gratiaeque omnes conviviorum incognitae sunt.

Libido, inīs, Cupiditas, extraordinarium desiderium. { *תְּנוּנָה* bagħtāh תְּנוּנָה razvāh. imjupia, iż-żonniż. GAL. P̄aisir, volupté desordonnée, appetit déréglé, paillardise. ITAL. Libidine, appetito disordinato di lussuria. GERM. Nutzwill ein jede ungewöhnliche und unordentliche begierd. HISP. Gina, int̄ojo, luxuria. ANGL. Lust, sensuality, unlascifull apte-ite or will. } Ferē semper in deteriore partē accipitur. Plaut. in Epist. Nequam es homo Epidice, cui libido est malè loqui. Tametsi verō multarum rerum libidines sint, tamen quum libido dicitur, neque cuius rei libido sit additur, non ferē solet animo occurere, nisi illa qua obscenæ partes corporis excitantur. Cic. 4. Tusc. Voluntas est, quācūd cum ratione desiderat: quācūd autem adversus rationem in- citata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrænata, quācūd in omnibus stultis invenitur. Salust. in Cris. medium vocabulum esse ostendit, quād tam in meliorem, quām in deteriore partem ac- cipi possit, hoc est, prō voluptate tam honesta, quām inhonesta. Magisque (inquit) in decoris armis, & in militari bus equis, quām in scena, & conviviis libidine habebant. ¶ Libido nauseæ, id est, cupiditas vomendi. Cato c. 156. Ubi libido veniet nauseæ cūmque apprehendet, decumbat, purgētque se. Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1. Libido est ludos tuos spectare Pseudole. Et Men. sc. 1. a. 1. Libido ma- jor fugere est vinclis. Ad libidinem honores cepit. Sueton. in Cas. cap. 76. ¶ Libido prō nimia Veneris appetentia. Tacit. lib. 17. Av- ritia & libidine fœdus & maculosus. ¶ Libido urinæ, mingendi appetitus. Gell. lib. 19. cap. 4. Quarit cur accidat, ut eum, qui propter ignem diutius sterit, libido urinæ lacestat. ¶ Libido op- ponitur rationi, ut, Libidine, non ratione rem alienam agere. Cic. pro Quint. ¶ Libido equina, i. furiosa, immensa & incitatissima. Prudentius,

Advena quos profugus gignens, & equina libido

Intulit Italia: Tōuscu namque ille puerus

Primus ad binnivit simula: o nomine machus.

Ob id dixit Horat. 1. Carm. Ode 25.

Quum tibi flagrans amor & libido,

Quæ solet matres furiare equorum,

Saviet circa jecur ulcerosum.

Libidinōsūs, a. um, qui in libidinem propensus est, venereus, salax. { *τύπη* hogħeb. *ἀρνήτης*, *ἀργαλεύς*, *ἀργαλεύς*. GAL. Impudi- que, sujet à son plaisir desordonné, abandonné à paillardise. ITAL. Lus- surioso, libidinoso. GERM. Geißl/mutwillig, bösen lusten ergaben. HISP. Luxurioso. ANGL. Lust full, ben to plesour. } Cic. de senect. Libidinosa enim & intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti. Plin. lib. 11. cap. 39. Libidinosores hominum quoque hirtos colligens. Quintil. lib. 6. cap. 4. Libidinosor es quām ullus spado. Libidinosa sententias. Cic. pro domo sua dixit, quācūd pro libidine cujusque feruntur. Libidinosa dapes, dicuntur exquisitæ & curiosæ. Columell. in pref. lib. 10. Mox quum sequens, & præcipue nostra arta sapibus libidinosis pretia constituerit, &c.

Libidinōsūs, superl. Lamprid. in Heliog. Vasa nonnulla schemati- bus libidinosis inquinata.

Libidinōsē, adverbium, impotenter, crudeliter, & pro animi libidine.

{ *ἀργαλεύς*. GAL. Impudiquement, d'un appetit desordonné. ITAL. Cru- delmente. GERM. Nutzwilliglich. HISP. Luxuriosamente. ANGL. Uncha- stely, which an immoderate lust. } Salust. in Jugurth. Post ubi paulatim licentia crevit, juxta bōnos & malos libidinosē interficere. Cic. 1.

Verr. Ut qua ille libidinosē, quācūd nefariē, quācūd crudeliter fuerit. Idem 1. Offic. Cavētque ne quid libidinosē aut faciat, aut cogitet. Livius lib. 3. ab Urbe, Abstinebatur à patribus, in humiliores libidinosē, crudi- litētique consulebatur.

Libidinōr, aris, libidinem perago, voluptati indulgeo. { *τύπη* habat. GAL. S'adonner à paillardise. ITAL. Darſi alla lussuria. GERM.

Nutzwillen und geiheit treiben. HISP. Luxuriar. ANGL. To give him self, to sensuality or lust. } Suet. in Ner. cap. 28. Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum inceste, ac maculis vestis proditum affirmat.

Libitudo, libido, libitum. Flod.

Calepini Kars 4

Libethrā, λιβέθρα, Fons Musis sacra in Magnesia regiuncula Thessaliz annexa: ut docet Plin. lib. 4. cap. 9. & Pomp. Mela lib. 2. Sunt qui in Olympo monte libethram urbem fuisse dicant, à Sye tor- rente funditus eversam, quum jam olim oraculo prædictum es- set, fore ut Libethrij ~~ων~~ omnes interirent, quum Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autem Orphei reliquæ in columna quadam conditæ, quæ viae imminebat à Deo in Olympum ducenti. Quem in locum quum ingens hominum vis convenisset ut pastorem in somniis suaviter canentem audirent, evenit ut columna eversa Orphei ossa nudarentur: codémque die torrens nomine Sys supra modum auctus, Libethrios cum urbe submersit. Vide Cæl. Rho- dig. lib. 18. cap. 21.

Libethridēs, λιβέθριδες, dictæ sunt Musas à Libethra Magnesia fonte Musis sacro, & Poëtarum carminibus celebrato: Pompon. Mela lib. 2. in descriptione Macedoniae. Strab. tamen lib. 10. autor est, Musas appellatas esse Libethridas, à Libethro Thraciae monte, quem postea Macedones tenuerunt, sub quo & antrum fuisse ait, Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Virgilii 7. Eclog.

Nympha noster amor Libethridas, aut mihi carmen,

Quale meo Codro, concedite, &c.

Libethrūs, λιβέθρος, Mons est Macedoniae, teste Lycophrone, ha- bens, ad radicem Pimpleum fontem, Musis consecratum. Alij Libe- thron Thraciae montem esse aiunt, postea à Macedonibus occupatum: ad cujus radicem antrum fuit Musis Libethridibus à Thraci- bus consecratum. Vide Strab. lib. 10.

Libeum, λιβέθριος, λιβέθριον, vasculum in sacris dicebatur, quo oleum ef- fundebatur. Jun.

Libidinosus, Libido, vide Libet.

Libitīnā, Dea, in cuius templo vendebant, & locabantur ea quā ad sepulturam pertinebant: ita Distā à Libitu, vel à Libidine. Plu- tarach. Venerem fuisse putat, redditque rationem in Problematisbus, quare Romani ea, quācūd ad pompam funebrem spectant, in Veneris templo voluerint asservari; ut scilicet eo ipso humanæ fragilitatis admoneremur, certò scientes exitum ab ortu non procul abesse, cūm eadem dea morientibus præsit, & vitam ingredientibus. Alij malunt esse Proserpinam Plutonis uxorem, quām quād inferiorum crederetur regina, mortuis præcessit putabant, ideoque etiam ea quibus mortui exornati veluti ad inferos deducuntur, in ejus templo voluerint asservari. Libitina Venus, vel Proserpina, Plutarch. in Num. ¶ Quandoque Libitinam positam legimus pro ipso apparatu funebri, quem Libitinarij in usu exequiarum loca- bant. { τὸ ἀράγμα, τὸ μάντυα, κτηῖς, ἵππος, ἵππος. GAL. Dépense de funerailles. ITAL. Speza & apparechio de funerali. GERM. Der Kosten oder rüstung zu einer begebniss. HISP. Gastos de funeralias, ó honras. } Liv. lib. 4. In urbe tanta fuit pestilentia, ut vix nunc Li- bitina sufficeret, ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Suet. in Nerone, Pestilentia unius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. Erant autem rationes quas conficiebant ij, qui in æde Libitinæ locabant ea, quācūd ad funebres poihpas pertinerent. ¶ Exercebant Libitinam dicebantur ij, qui in æde Libitinæ præterant locandis, vendendisque iis, quācūd necessaria erant funebrem pompam instructuris, Valer. Max. Quin tunc Li- bitinam exercebant, tum terum suarum usum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. ¶ Sed quoniam in æde Libitinæ lo- cabant necessaria ad funebrem apparatus, hinc factum est, ut Libitina aliquando pro morte, seu pro lecto quo mortui serbantur, caperetur. Horat. lib. 3. Od. 30.

multaque pars mei vitabit Libitinam.

Libitīnārūs, ij. Propriè dicitur is, qui locat, aut vendit ea, quācūd ad pom- pam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet perficiendorum funerum. { *περιπλῆκτης*, *ζεψίδης*. GAL. Celuy qui fait métier d'ensevelir les morts, & faire sépultures & funerailles. ITAL. Colui che vende, ó pre- sta à prezzo, & da à nollo quello che si appartiene alla pompa di mor- ti. GERM. Der die ding so zu einer begebniss; onndien siud/gurüst/versihæ oder verkaufft/ein todrengäber. HISP. El que appareja cosa de funeral- las. ANGL. He that hath sellēth which bēnedefull for burialles. } Tra- ctum est nomen à Libitina dea, in cuius æde asservabantur ea, quācūd ad instructionem funebris pompa erant necessaria. Ulpian. l. qui- cunque, ff. de instit. action. Si libitinarius, quem Graci vocant, servum polinctorem habuerit, ilscue mortuum spoliaverit, dāndum in eum quasi institoriā actionem. Ex quibus ver- bis patet, libitinarij munus honestius fuisse, quām polinctoris. Habe- bant enim libitinarij domi suæ servos, quotum operā utebantur ad polincienda, hoc est, ad abluenda, ungenda, & consuenda cada- vera. Itaque & polinctores vocabantur, à poliendis cadaveribus. Designatores autem dicebantur, qui pompam funebrem instrue- bant, & cuique incedendi præscribent locum: quos Graci appelle- bant. De quibus latius suis locis. Seneca de benefic. An tu Aruntium, & Areium, & cæteros qui captandorū testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quācūd designatores & libitinarios, vota?

Libo, nis, Romanus civis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod idcirco libonis puteal dicitur ab Horat. lib. 1. Epis- tol. 19.

Ennius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma  
Profiluit dicenda, forum, putealque Libonu  
Mandabo siccie, adimam cantare sacerdos.

Libo, as, Leviter degusto, & quasi prius labris attingo. { *τὰ νασάχη*, *τὰ νέστη*. GAL. Goûter d'une chose, comme en mordiller seulement les levres. ITAL. Gustare leggermente, assaggiare. GERM. Stoss versuchen, mit den läßtigen antupfen. HISP. Gustar. ANGL. To tast. } Sunt qui libare dictum putant, quasi labiate: quum tamen constet verbum esse Graecum. Illi enim dicunt *νέστη*, quod nos, *ει* diphthongo in i longum comunitata, vertimus libo. Virg. lib. 4. Georg.

Purpureosque merunt flores, & flumina libant.

Quandoque ponitur pro leviter tango. Virg. 1. Eneid.

Oscula libavit gnata.  
Quandoque partem Diis dare. Vide Libamina.  
Libaque quod sacris pars datur inde soci,  
Ovid. 3. Fast. Idem 1. Fast.  
Inde triumphata libasti munera gen'is,  
Templaque fecisti.  
Vide Libamen, & Libum. ¶ Quandoque pro sacrificare προστίγματα,  
et οὐ συντίγματα τινάς. Virg. 3. Aeneid.  
— tendo quo superinas  
Ad culum cum voce manus, & munera libo  
Intemerata foci.

Cic. lib. 3. de legib. Certas frages, certasque baccas sacerdotes publicè libant. Iactant. lib. 5. divin. inst. Nihil enim sancta ac singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam; Quam si quis Deo obtulerit, satis pie, satis religiosè libabit. ¶ Ali quando ponitur pro Decerpo, & colligo. Autor ad Herenn. lib. 4. Vide ne facias impudenter, qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudem. Cicer. lib. 5. Tuscus. Sed à te impetrare libenter velim, nisi molestum sit, quoniam nulla vincula te impediunt ullius certae disciplinae, libasque ex omnibus quocunque te maximè specie veritatis mover. ¶ Hujus verbi composita sunt, Delibo, prælibo, prolibo, penult. prod.

LIBATUS, particip. Decerpitus. § τὸν μισθόν. λειφεῖσι. GAL. Gouffé, extract, ou cœilli ITAL. Gufato, scielo. GERM. Gesamlet/abgeldsen. HISP. Guftado, cogido. ANGL. Lefted, taken out of. Cic. 2. de divin. Naturale quod animus attriperet, aut exciperet extrinsecus ex divinitate, unde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Ovid. 5. Fast.

Falsifero libata seni duo corpora gentes

Mirisse (i. di. at.)

LIBAMEN, inis, Libamentum, i. & Libatio, nis, pro eodem sumuntur, significantque quicquid in sacrificiis libatur: à Libero patre (ut nonnulli putant) qui primus Jovi libavit. § τὸν νέστην, αὐτὸν, αὐτὸν, τονδὴν, τονδὴν. GAL. Ce qu'on offre en sacrifice, offrande. ITAL. Cosa offerta in sacrificio. GERM. Ein opfer. HISP. Cosa ofrendida in sacrificio, ofrenda. ANGL. A sacrifice, any thing tasted and sacrificed. Ovid. lib. 3. Fast.

Nomine ab auctoribus ducunt libamina nomen.

Liber enim qui Bacchus dictus est, quem victor de Scythis aliisque nationibus extitisset, rerum primitias magno Jovi obtulit. Verisimilius tamen videtur, hæc omnia deducta esse à verbo Græco λιβα. Cic. 1. de legibus. Quod tempus ut sacrificiorum libamenta serventur, fortisque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Plin. lib. 37. cap. 10. Præterea in aras addita ea, traditur libamenta non amburi. Virg. 6. Aeneid.

Ignibus imponit saecus libamina prima.

Valer. Flacc. in Argonaut.

pingui cumulat libamine flammam.

Stat. 3. Syl.

Hac ego nascentes latus baccharas ad aras

Libamenta tul.

¶ Libamentum dare, gustum dare Senecæ, i. præbere aliquod specimen. ¶ Dare libamentum ex Dialectica, Gell. cap. 8. lib. 16. Vide De libro.

LIBATO, Libamentum, degustatio quæ in sacrificiis fieri solebat. § τὸν νέστην, αὐτὸν, αὐτὸν. GAL. Offrande, ou offerte qui se fait à Dieu, sacrifice. ITAL. Offerta che si fa à Dio, sacrificio. GERM. Opferung, versuchung. HISP. Ofrenda que se hace à Dios, sacrificio. ANGL. A tasting in sacrifices. Cic. de Arusp. resp. Te appello Léntule, tui sacerdotij sunt tensæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

LIBATORIUM, crater, quo funditur libamen in sacrificiis.  
LIBONOTUS, LIBONOTUS, ventus quidam. Senec. nat. qua. 1. lib. 5. c. 16. A meridiano axe euronotus est, deinde notus, latine austus, dein Libonotus, qui apud nos sine nomine est. Vetera exemplaria habent Leuconotus. Matthæus Fortunatus probat, quod est in vulgatis, Libonus. LIBUM, i. Genus dulciarij cibi, ex farre, caseo, melle, & oleo. § תְּלַחְשׁ חַלָּה. ψεύτος. GAL. Un gâteau, ou une tarte. ITAL. Focaccia, tarta. GERM. Ein gattung eines süßen Kuchen / ein opferkuch. HISP. Torta. ANGL. A wafermade of cleane roheat with honey and oile. Ovid. lib. 7.

& adorea liba per herbam

Subiectum epulis.

Dictum est autem libum à verbo Græco λιβα, quod nos mutata ει, diphthongo in i longum, dicimus libo. Solent enim liba sacrificiis adhiberi. Alij volunt à Libero patre dictum esse libum: quod etiam indicat Ovid. 3. Fast.

Liba deo sunt, succis quia dulcibus ille

Gaudet, & à Baccho milia reperta ferunt.

Et paulo post.

Melle pater fruitur, liboque infusa calenti

Iure reperto splendida mella damus.

Quo pacto autem fieri soleat libum, docet Cato de re rust. cap. 75. his verbis, Libum sic facito: Caseum bene distere in mortario: ubi bene triveris, farinæ filigineæ libram, aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solum eodem indito, permiscetoque cum caseo bene: ovum unum addito, & permiscet uno bene: Inde panem facito, & folia subditio: in foco calido sub testa ea coquito leniter. Ovid. 3. Fast.

Fingebat trepida rustica liba manu.

Atque ita per populum fumania manè solebat

Dividere,

Idem ibid.

Quare

Vitis annus populos ad sua liba vocet.

Ibidem,

Nomine ab auctoribus (Liberti sup.) ducunt libamina nomen:

Libaque quod sacris pars datur inde soci,

Idem lib. 3. Trist. Eleg. 1. 3.

Libaque dem (ð notalis) pro te, genitale notantia tempus.

Idem Eleg. ult. lib. 4. Trist.

Vox (natalis meus, & fratri) celebrata est per duo liba dies.

LIBARIUS qui liba facit, vel vendit. Senec. Epist. 7. Jam libarij varijs exclamations. GAL. Pasticier.

LIBRA, ξάλιγχος ἀντίκη, quæ & As, & Mina, seu Mna, & pondus dicitur, duodecim constat uncii. § τὸν μανέθ. λίτρα. GAL. Vne livre.

ITAL. & HISp. Libra. GERM. Ein pfund. ANGL. A pound weight. § Libra tamen unciarum varietatem accepit, pondus semper idem fuit.

¶ Erat præterea libra apud Romanos mensuræ genus, constabat ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter Uncias vocabant. Hanc autem mensuram ad differentiam ponderis, libram mensuralem vocabant, vel libram mensuram: alteram autem quâ res appenduntur, hoc est, pondus ipsum, Libram ponderalem, vel libram pondus. Erat autem libra mensuralis, teste Galeno lib. 1. de compesc. medicament. mensura cornea, quâ oleum admixebantur Romani, intersecta lineis quibusdam dividentibus ipsam in duodecim partes. ¶ Hujus vero libræ pars duodecima, hoc est, interstitium inter duas lineas, Uncia vocabatur. Librarum septendecim de adolescentulo. Sueton. in August. cap. 44. ¶ Porro quantum differat libra mensuralis in pondere à libra ponderali, docet idem Galenus ejusdem operu lib. 6. ostendens libram mensuralem, æqualem esse decem uncii ponderalibus, hoc est, duabus uncii minorem esse libra ponderali. Comeis autem mensuris oleum apud Romanos vendi consuevit, ostendit eriam Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 2.

Ac nisi mutatum parcat diffundere vinum, &

Cujus odorem olei nequeas perferre ( licet

Ille repotia, natales, alijsve dierum

Festos albatus celebret ) cornu ipse bilibræ

Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.

Lasperitij libram pondus diluunt. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. ¶ Item, Per assem & libram adoptare. Suet. in August. cap. 64. Et per æs & libram facere testamentum, & emancipare familiam. Gell. cap. 27. lib. 15.

¶ Propriè autem libra instrumentum est, quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depressione, vel elevatione justum rei pondus deprehenditur. Unde etiam bilancem vocant. Cic. 5. Tusc. Quo in loco quæcumque vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putat, ut terram & maria deprimat. Pers. Sat. 4.

Sic etenim justum gemina suspendere lance

Anticipit libra.

Cic. lib. 5. de finib. Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Statèra vero, instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. ¶ Est & libra cælesti signum, quod Cæsaris ætate octavo, hodie decimotertio Calend. Octobr. Sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. Virg. 1. Georg.

Libra die, somnique pares ubi fecerit horæ.

Plin. lib. 18. cap. 15. Alterumque æquinoctium Libræ. Ovid. 4. Fast.

Pendula cælestes libra movebat aquas.

Seneca Hercul. suren.

Libra Phœbos tenet aqua currus.

Ad libram fecerat turre, Cæsar. lib. 3. de bell. civ. Libra etiam instrumentum est fabrile, seu potius geometrica machina, quæ exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluviorum, num scilicet altiora sint eo loco, quæ ea ducere constituimus. Quanquam etiam non raro Libræ vocabulum usurpamus pro ipsa altitudine, quam machinâ hujusmodi deprehendimus. Unde lacum dicimus esse pari libra cum mari, id est æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cujus scaturigo monte est inferior. Colum. lib. 8. cap. 1. Si autem locus ubi vivarium constituere censemus, pari libra cum æquore mari est in pedes novem defodiatur piscina. Et paulo post, Quoniam modus ille aquæ jacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quam si major recensis freti vis incesserit. Frontinus, Aquæ omnes diversa in urbem libra perveniunt, i. diversa altitudine. ¶ Idein instrumentum, & libella appellatur per diminutionem. Colum. lib. 8. cap. 1. Hos autem meatus fieri censemus per imam concepti partem, si loci situs competit, ut in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat. ¶ Ponitur quoque pro libramento. Plin. lib. 10. cap. 36. Contra flatus quoque pervicax libra Bononiensibus calamis.

LIBELLÆ, æ diminutivum, Stater, instrumentum quo ponderamus. § בְּלֵבֶלֶת מִזְנָהִים. ζων. GAL. Balance. ITAL. Bilancia. GERM.

Ein wæglin. HISp. Balanca. ANGL. A balance. ¶ Aliquando pro pondere duodecim unciarum. § τὸν μανέθ. λίτρα. GAL. Le poids d'une livre. ITAL. Peso di una libra. GERM. Ein gewicht zwölffr vñnen ist das alt Römisch plund/thut vñvers gewicht. 24. lot. HISp. El peso de una libra. ANGL. A pound weight. ¶ Aliquando etiam pro numero argenteo, qui & as dicitur. Cicer. 4. Verr. Equis Volcatio, si sua sponte venisset, unam libellam dedisset? Libellam pro asse dicit, quod libram æris valebat, id est, assem. Quam autem minima pecuniam significare volebant, assem & libellam dicebant. Plaut. in Capt. At ob eam rem mihi libellam pro argentei ne quis. Libella argenti ideo dicitur, quod numulus erat argenteus decimalis pars denarij. Cit. ad Attic. lib. 7. Fecit palam te ex libella, me ex teruncio, hæredem nimirum. Tibi libellam argenti nunquam credam. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Cui nusquam libella est, Ibid. sc. 7. a. 4.

Cui neque numus argenti sicut, cui nec libellæ spes sit usquam gentium. Ibid. sc. 1. a. 1. ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum, quod nostrates (autore Budæo) Niveliam appellant. § τὸν ανάτο. ή τάλπην. ή μολυβδεῖα. GAL. Un niveau, un plomb. ITAL. Piumbino da giustare. GERM. Ein richtscheit oder bleywæg. HISp. El nivel para nivellar. ¶ Plin. lib. 7. cap. 56. Fornicem autem, & libellam, & tornum, & clavem Theodorus Samius invenit. Idem lib. 36. cap. 22. Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendicularum respondere oportet.

¶ Item pescis, ζων.

Librall,

**Librālis**, e, quod est unius librae. { λιβραιος. GAL. D'unne livre. ITAL. D'una libra. GERM. Pfundig. HISP. Cosa de peso de una libra. ANGL. That is a pound weight. } Plin. lib. 19. cap. 2. Excedunt sapè magnitudinem in ali cotonei, etiam librali pondere. Librales offæ, quæ librae unius pondus exæquant. Colum. lib. 1. cap. 2. Post hæc diuidit malis, educito linguam, totumque eorum palatum sa- le deficatio, libralsque offas in præsulæ ad ipsi liquatim tinc- etas, lingula demittito.

**Librariūs**, a, um, à Libra, quod est ponderis unius librae. { λιβραιος. GAL. De libra. ITAL. Di libra. GERM. Das eines pfunds ist. HISP. De li- bra. ANGL. Of a pound weight. } Colum. lib. ult. cap. 53. Caro in libraria frusta conciditur. Hoc est, quorum singula singulas libras pondere adæquarent. Librarij asses olim. Gell. lib. 20. cap. 1.

**Librariā**, à libra, quo nomine significatur ancilla, quæ præficitur pat- tiendis pensis. Juven. Satyr. 6.

— si nocte maritus  
Aversus jacuit, periret libraria, ponunt  
Cosmeta tunicas.

**Librario**, comparat. Liv. lib. 1. bell. Pun. Gravior ac pondere ipso libra- rior superne ac oneratiis ictus erat.

**Librile**, Scapus librae, inquit Festus, hoc est, trabs illa transversa, ex qua lances dependent. { ζυγός, σωματος. GAL. La brayette d'une balance. ITAL. Il fondo di una balanza. GERM. Das joch / oder überge- wech ding daran die wag hangt. HISP. Hastil de la balanza. ANGL. The beams of the balance. } In librili perpenderent. Gell. cap. 1. lib. 20.

**Librion**, insigne. Lex gr. b.

**Libri**pēns, dis. Antiquitūs dicebatur, qui ante argentum signatum, quum Romani adhuc ære gravi uterentur, ex libra pendebat ænea, unde & libripens dictus est. { ζυγίας. GAL. Qui tient la balance pour peser. ITAL. Che pesa tenendo in mano la bilancia. GERM. Ein wagmeister. HISP. El que pesa con balanca. ANGL. A weiger or holder of the balance. } Plin. lib. 13. cap. 3. Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis ( unde etiam nunc libella dicitur ) & dupondius appendebatur assis. Quare æris gravis poena dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere, Quin & millium stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripenses dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinius verbis clarissi- mè ostenditur, cum ptimum dictum fuisse libripendem, cuius officium erat militibus appendere as grave in stipendum. Postea verò libripendis nomen transisse ad eum, qui in mancipationibus, hoc est, in rerum mancipi venditionibus ænam tenebat libram. Nam apud veteres ( ut docet Boëthius in 3. parte Commentariorum in Topic. Ciceronis ) res mancipi, hoc est, quæ nostri sunt domi- nij, alienari non poterant, nisi adhibitis ut minimum quinque testibus civibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui vo- cabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat, docet Caius lib. 1. in stir. his verbis, Est autem mancipatio, venditio. Is qui mancipium accipit, as tenens ita dicit: Hunc ego hominem ex jure Quiritum meum esse aio, isque mihi emptus esto hoc ære, ænæaque libra. Deinde ære percutit libram: idque as dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.

**Libro**, as, Pondero, ttutino, æstimo, examino. { διδούσις scha- kál. ζωρείω. GAL. Peser, balancer, contrepeser. ITAL. Pesare, pon- derare, esaminare. GERM. Wägen. HISP. Pesar con peso. ANGL. To weigh, to levell, to try by plumb rule. } Plin. lib. 19. cap. 5. In priori re mirè tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Librate aquam, est alias ponderare eam, alias autem est librâ explorare altitudinem aquæ. Aliquando grave reddere. Plin. lib. 11. cap. 11. Apes, si oriatur procella, apprehensi ponduscule lapilli se librant. Virg. 4. Georg.

Excursusque breves tentant, & saxe lapillos  
Tollunt, his sepe per inania nubila librant.

Ovid. 1. Fast.  
Et jam finitima corpus librarat in herba.

Idem lib. 3. Fast.  
Vela cadunt primo & dubia librantur ab aura.

Pila librata ponderibus figi dicit. Liv. 7. ab Urbe, Gravior ac ponde- re libratur ictus. Idem lib. 10. bell. Pun. Aves etiam se librare dicuntur, quum velut sagitta arcu excussa, ex alto in terram se præ- cipitant. Plin. lib. 10. cap. 3. Supereft haliætus clarissima oculorum aie, librans ex alto sepe, &c. Ovid. 8. Metam.

(Corpus) — geminas opifex libravit in alas.

Aliquando æquare, Columell. lib. 4. Sic permensus & libratum opus in similitudinem verae semper procedit. Idem lib. 16.

Et paribus Titan orbem libraverat horis.

Librare ponderibus. Cic. 5. Tusc. Unde terra, & quibus librata pon- deribus, quibus cavernis maria sustineat, &c. librare malleum. Ovid. lib. 2. Metam.

Latens vitulo dexera libratus ab aures,

Tempora discussit clara caava malleus ictu.

¶ Ponitur interdum pro jaculari, & magna vi aliquid jacere. Virg. 9. Æneid.

— hoc acrior idem

Ecce aliud summa telum librabat ab anre.

**Libratiōnis**, Ponderatio. Diomed. Grammat. lib. 3. Autor hujus libratio- nis Agretius.

**Librator**. { συνειδητος. GAL. Poiseur, fontenier. ITAL. Scandagliere. GER. Ein wogter / ein fleißiger erweger der wasser und brunnen wie hoch man sie hinein leyten könnte. HISP. Nivelador. ANGL. That weigheth. } Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi, hoc est, ex- pendendi & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quan- do scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducent constitutus. Plin. Epist. Superest ut tu libratorum, vel architectum, si tibi videretur, mittas, qui diligenter explorest, sit ne lacus altior mati, quem artifi-

Calpini Rare 19

ces regionis hujus quadraginta cubitis altiore esse contendunt. Libratores etiam dicuntur, qui eminus cum hostibus pugnant tela, aut lapides, aut glandes torquentes. Hodie tales sunt tormentarij bombardarum, qui vulgo Canoniers. Tacit. lib. 13. Libratoribus funditoribusque attributus locus, unde eminus lapides, & glandes torquerent. Idem lib. 2. Sensit dux imparem cominus pugnam, temotisque paulum legionibus, funditores, libratoresque excutere te- la & proturbare hostem jubar.

**Librāmentum**, i, Äquamentum. { ισογένεια, GAL. Nivellement, contre- poinds. ITAL. Agguagliamento, pareggiamiento. GERM. Gewicht. HISP. El nivel. ANGL. Equal poize or weigh he rouge of a balance. } Columell. lib. 1. cap. 5. Nam ejusmodi positio medium libramentum, tempera- mentumq; ventorum hyemalium, & aestivorum tenet. Plin. lib. 3. 1. cap. 6. Libramentum aquæ in centenos pedes fusum elici minimum erit.

Libramenta tormentorum, sunt habens & lora, seu funes quibus libraantur, seu vibrantur tormenta. Tacit. lib. 19. Vincula & libra- menta tormentorum abscidissent. Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in arietes conjectæ & vibratæ. Liv. lib. 8. decad. 4. In arietes telonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitesve robustos incutiebant.

**Librāmēn**, inis, Ipsavis ejaculandi & vibrandi. Liv. 2. lib. 2. decad. 5. Huic spiculo ad libraren patimæ tres, ut sagittis solent, circum- dabantur.

**Librilla** ( inquit Festus ) sunt instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinem, in modum flagellarum, loris revincta: inde dicta quæ librari manu, id est, ponderari videantur.

**Libraria**, Librarius. Vide *Liber*.

**Librile**, Librilla, Libripens, Libro. Vide *Libra*.

**Libs**, libis, λιψ, Ventus ab Occasu brumali flans adversus Vulturum: ita dictus, quod à Libya spirat: quæ ratione & Africus à no- stris appellatur. Gell. lib. 2. cap. 22. Plin. lib. 2. cap. 47.

**Librum**, vide *Lobo*, as.

**LIBURNIA**, λιβύνη, Regio supra intimum Adriatici sinus recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiam: ita dicta à Liburno quodam Attico, si Stephanò credimus. Hodie Croaciam vocant, in ditione Du- cum Atticæ.

**Liburni**; λιβύνη. Populi ex Liburnia regione inter Istriam, & Dalmatiam sita. Virg. 1. Æneid.

Antenor potuit mediis elapsus Achivis,

Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus

Regna Liburnorum, & fontes superare Timavi.

Lucan. lib. 2.

Pugnacésque mari Gratiorum classe Liburnos.

Liburni item viatores dicti sunt, qui ex agtis jussu magistratum sèpè vocabant cives, frequensque eorum via erat ab agris ad urbem. Liburni inde dicti, quod ferè ex Liburnia orti essent, qui hoc vilissimum officij genus administrabant. Juvenal. Sat. 4.

— primus clamante Liburno,

Currite, jam sedit, rapta properabit ab olla

**Liburna**, x, vel Liburnica, æ. { Ein Jagdschiff oder renschiff. } Genus na- vigij levissimi, velocissimique, quod Liv. 3. decad. lib. 4. levem bire- mem appellat. λιβύνη. Plutarcho, & Appiano. Ratio nominis tracta est à Lyburnis populis in Illyrico, qui olim navibus velocibus usi, Jonium mare insulæque prædabantur. Qua ex causa Romani naves levitate celeri, atque præstantes, Liburnas appellavere: aut Libur- nicas, sicut refert Appianus. Horat. in Epod. 1.

Ibu Liburnu inter alta navium

Amis propugnacula.

Suet. in Augusto, Utrobique parte liburnicarum demersa, similiusque ejus qua vehabant fusis armamentis, & gubernaculo distracto. Luis can. lib. 3.

Ordine contenta gemino crevisse liburne.

Firmicus Liburnicum imperium usurpat pro navalii. Suet. in Neron, cap. 34. Liburnica cui præerat Triarchus.

**Liburnum**, i. { Ein sensite oder gutschén wagen. } Vehiculi, sive lectice genus, ad liburnicæ navis similitudinem constructum, quo principes Romani vehi solebant adeo moliter, ut interim, vel dormire iatus possent, vel legere, vel scribere, aut aliud quidvis non incommodè agere. Juvenal. Satyr. 3.

Si vocat officium, turba cedente vehetur

Dives, & ingenti curret super ora Liburno.

Atque obiter leget, aut scribet, aut dormiet intus:

Namque facit somnos clausa lectica fenestrâ.

**Liburnus**, λιβύνη, Portus Tuscorum, Ptol. lib. 3. cap. 1. Hodie Li- vona.

Libyā, æ, & Libye, es. { לִבְנָם lubim. λιβύνη. } Tertia pars totius orbi, quam & Africam dicimus, ab Asia, Nilo fluvio: ab Europa mari Mediterraneo divisa. Dicta autem putatur Lybia, quod inde Libs ventus flare soleat: seu quod pluvia indigeat propter nimiam siccitatem, οὐδὲ διαντάξει εὖ. Vel à Libya Epaphi filia, Jovis filij. Semper adfert Libya mali quippiam, οὐδὲ φίσις λιβύνη, quod inde Romanæ monstra depotarentur. Hinc & in mores ingeniumque detorqueri potest: siquidem, ut est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Præcipue convenient in fœdrifagos, ac pa- storum novatores.

Libys, yos. { לִבְנָם lubim. λιβύνη. } Gentile est masculinum, cuius femininum est Libyssa, sicut à Phœnix, Phœnissa.

**Libycus**, a, um, λιβύνης. Virg. 4. Æneid.

Te proper Libycæ gentes Nomadumque tyranni Odere.

Libycus campus, agri Argivi pars est, inde nomen habens, quod illuc primū fuges ex Libya allatæ sint: unde Ceres ipsa ab Argivis Li- byssa cognominata est, teste Fisca.

Libycæ, fera, λιβύνη, θηρία, dicebantur olim in hominem vastrum, callidum, versipelle, variis motibus, ancipiisque ingenio. Quod genus portentum Cicero, Catilinam fuisse testatur. Inde nam- tum, quod in Libya variæ ferarum species sæpenumerò miscean- tur, atque ita nova quædam hinc monstra spectaculo produci so-

PPP 4 - Leontis

leant, Romam à provinciæ præsidibus deportata.  
Libyſtis, idis, λιβυστις, Stephano, à nomine Lybis deductum: quum tam  
en analogiæ ratio, Lybiss postulate videatur. Virg. 5. Aeneid.

*Horrīdus in jaculis & pelle Libyſtidū ursa.*

Quo tamen in loco nonnulli Libyſtis legere maluerunt: quām re  
cte, ipsi viderint. Stephanus certè, à nomine Lybis λιβυστις, deduc  
cit λιβυστις, λιβυστην, λιβυστην, & λιβυστην, putatque ea fieri à geniti  
vo λιβυστην, à nominē Libys formato, pleonasmō τε & quām regularis  
genitivus sit λιβυστην.

Libyās, adis, λιβυστην. Iudeæ oppidum, Herodis opus, Jordani fluvio ab  
Ortu adjacens, teste Ptol. lib. 5. cap. 16.

Libyſtis, λιβυστην. Oppidum fuit Bithyniæ, notissimum Annibalis inter  
itu. Plin. lib. 5. cap. 32. Fuit & Libyſta oppidum, ubi nunc Annibalis  
tantum tumulus est.

Libyſtis, λιβυστην. Dicitus est Apollo ab his qui Pachinum Siciliæ  
promontorium incolebat, quod immissa Carthaginiensibus hostibus  
peste penè cunctos subita morte interemit.

Libyſtis, λιβυστην. Oppidum est Scytharum Aroterum, non procul à  
Danubij ostiis: cujus meminit Plin. in descriptione Thracia lib. 4.  
cap. 11.

Licēo, es, cui, citum, ξηριανος, ηριανος, ηριανος. GAL. Estre  
mis à prix, estre apprécié. ITAL. Essere estimato, essere apprezzato. GERM.  
Geschenk oder angeschlagen werden. HISP. Ser puesto en precio. ANGL.  
To be set to à price. Antiquum verbum est, sub voce neutra passi  
vam habens significationem: unde à Grammaticis neutrū passivum  
esse dicitur, quemadmodum vaneo, & vapulo, quæ quām voce neu  
tra sint, significationem tamen habent respondentem vendor, & ver  
bavor. Licere itaque res aliqua dicitur, quām pretium pro ea of  
fertur. Contrā liceri dicitur is, qui rei alicuius emendæ animo pre  
tium pro ea offert. ιππωνας. Indicare autem dicitur venditor,  
quām merces suas empturo certo æstimat pretio, επιμηκης. Plaut. in  
Men. — die septimo Auctio fiet. MES. Menachme. MEN. manē sanè  
Vænibunt servi supellex, fundi, ædes, omnia Vænibunt, qui qui lice  
bunt præsenti pecunia, hoc est, quantulumcunque eorum nomine of  
feretur. Licere dicitur præco apud Martial. Epigr. 66. lib. 6. & Plaut.  
apud Fest. in sub corona Præco ibi adsit, qui que liceat, vaneat. Idem  
Men. sc. 3. a. 3. Ut quantum possit, qui que liceat, vaneat. pro quisquis  
liceat, &c Hor. 1. Serm. Sat. 6.

*Contra Levinum Valeri genus, unde Superbus*

*Turquinius regno prius fuit, unius assis*

Martial. lib. 6.

*Non unquam pretio pluris licuisse.*

*Parvo quam pretio diu licet.*

Cic. Attic. lib. 12. De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego  
quoque audieram, &c, ut opinor, heri ad te scripseram.

Licētis, eris, Pretium offero. Χ. Indico. ξ ιππων hekir. ιππων, ιππων  
μας. GAL. Priser, ou metre en here, apprezzier. ITAL. Mettere all' incanto.  
GERM. Auf ein feil ding bieten. HISP. Poner en precio, en almoneda.  
ANGL. To off er the price, to prise, to cheapen. Plaut. Sticho. Jocos ridi  
cules vendo, agite licemini. Pers. Satyr. 5.

*Et centum Gracos curto centuisse licet:ur.*

Hujus verbi præteritum ratione analogiæ deberet esse licitus  
sum, quod, teste Valla, non est in usu. Eo tamen usus est Cic. 5.  
Verr. Herbitenses quum viderent, si ad Aeschritionem pretium redi  
set, se ad Arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri, licei  
sunt usque eo, quoad efficer posse arbitrabantur. Sueton. in Cas.  
cap. 20. Publicanos remissionem petentes, tertia parte mercedum  
televavit: ac ne in locatione novorum vestigialium immodera  
tiū licentent, propalam monuit. Liceri contra aliquem, Cic.  
3. Offic. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, em  
ptor opponet.

Licētōr, is, qui crebrō licetur, qui que pro re emenda conducendā  
ve pretium aliquod majus pollicetur. ξ οιντριχερ, ιππων, ιππων. GALL. Encherisseur, celuy qui met enchere sur ce qu'en vend.  
ITAL. Chi mette prezzo all' incanto. GERM. Der stäts auff ein ding  
mehr steht / ein anbieter. HISP. El que pone precio en almoneda. ANGL.  
He that priseteth, or cheapeth. Licitatem apponere, est subor  
nare aliquem, qui coram empte majus pretium offerat, ut res  
pluris æstimetur, vendaturque. Cic. ad Martium lib. 7. Nunc quo  
nam tuum pretium novi, licitatem potius apponam, quām ill  
lud minoris vereat. Idem lib. 3. Offic. Tollendum igitur ex contra  
hendis rebus omnime mendacium, non licitatem venditor, nec qui  
contra se liceatur, emptor opponet.

Licētōr, aris, Liceor. Quamvis enim frequentativum videatur à ver  
bo liceor, ejusdem tamen omnino est significationis, ut autor est  
Valla lib. 3. ξ ιππων hekir. η πριστη, ιππων. GAL. Mettre prix,  
mettre enchere. ITAL. Mettere prezzo. GERM. Auf etwas bieten. HISP.  
Poner en precio, en almoneda. ANGL. To prise, to cheape. Cic. de reb.  
Alexand. Quum habeatis arma licitamini hostium capita. ιππων  
την αχειαν. Plin. lib. 7. cap. 38. Aristidis Thebani pictoris unam fab  
ulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. Licitari item,  
teste Nonio, congregi, & pugnare significat. Cæcil. in Hym. Quin  
machæra licitari adversum cum cœpisti sciens. Ennius, Pars ludicra  
saxa jactant, & inter se licitantur. Licitari dicuntur (inquit Fest.)  
in pugnando, sive mercando contendentes.

Licētatio, Oblatio pretii, auctio. ξ ιππων. GAL. Enchere mise sur ce  
qu'on vent au plus offrant. ITAL. Prezzo, offerto sopra cosa che si ven  
de. GER. Ein biect auf etwas/ein schatzung was etwas wert sey. HISP.  
Aquella postura de precio. ANGL. A prising, cheaping. Licitationem  
facere. Cic. 4. Verr. Exquisitis palam pretiis, & licitationibus factis  
describebat Censoris, &c.

Licēt, impersonale, Fas est, conceditur, potestas datur. ξ ιππων, ιππων,  
ιππων. GAL. Il est permis, il est licite. ITAL. E lecito, gli è le  
cito. GERM. Es gimpflich es wird zugelassen/ man darf das. HISP. Es  
licito, co viene. ANGL. It is le f me, it is permitted. Cic. Neque enim  
licebat locum numini consecratum turpi flagitio contamineare.  
Virg. 9. Aeneid.

Quandoquidem Ausonios conjungi sœdere Teucris  
Haud licitum, nec vestra capit discordia finem.

Martialis,

Piscinam peto, non licet naturæ.

Ovid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.

Si licet, & pateris, nomen facinusque tacebo.

Cave mutare siveris; licet. (affirmantis.) Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Li  
cētne obsecro petere, an non licet? Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Ut tuo non  
liceat operam dare negotio, Idem Merc. sc. 1. a. 1. Orant videre ut  
liceat, (te tam pulchrum.) Ibid. sc. 1. a. 1. Licet me scire id quid sit?  
Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Licētne? (i. facis potestatem ingrediendi do  
mum tuam & quærendi?) responder, inquire, jubeo. Idem Milit. sc.  
6. a. 2. Licet inforare, si incomitiare non licet? Idem Cure. sc. 1. a. 3.  
Si quid vis in illum bene loqui, id loqui licebit. Non recte si illi  
dixeris, vapulabis. Idem Most. sc. 3. a. 1. Se excruciat qui non potit  
(amicam) dum licet. Idem Cure. sc. 3. a. 1. An arbitramini quidvis  
licere facere yobis. Idem Merc. sc. 6. a. 2. Onera maledictis, licet. (i.  
faciam.) Si meo arbitratu licet, omnes pendeant. Idem Pseud. sc. 5. a.  
1. Actutum hæc parata sint, licet. Idem Men. sc. 3. a. 1. Concede huc,  
licet. Ibid. sc. 3. a. 1. (assentientis) occultemus lumen, licet. Idem Cure.  
sc. 1. a. 1. (Concedentis & affirmantis.) Jube hominem arcessi, licet.  
Idem Capt. sc. 1. a. 5. (eodem sensu.) Age, recipe actutum, licet. Idem  
Cure. sc. 3. a. 5. (concedentis & festinantis.) I, in malam crucem. Ire  
licebit tamen tibi hodie temporis. Idem Pseud. sc. 7. a. 4. Cæsari, cui  
omnia licent, multa non licent. Senec. cap. 7. al. 26. de consol. ad Polyb.  
Non licuerat matri ut haurire oscula. Idem cap. 3. de consol.  
ad Marc.

Et mihi præterea de quo mihi querere restat;

Si liceat, dixi: Dixit & illa, licet.

Neminem eorum per Italiam ire licitum, Liv. 2. d. 5. Item licebit,  
pro licuerit? Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Næ iste herclè ab ista non pedem  
discedat, si licebit. Cicer. 1. Tusc. Idque cùm multis aliis rebus,  
tum è Pontificio jure, & ceremoniis sepulchrorum intelligi licet.  
Ibidem. Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ.  
Idem pro Corn. Balbo. Si civi Romano licet esse Gadiranum. Qui  
bus in testimoniis hoc animadvertisendum est, utroque modo recte  
dici. Licet esse mihi otioso, & otiosum. Idem Attic. lib. 1. Quo in  
genere mihi negligenti esse non licet. Idem pro Flacco. Cur his per  
te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? Si per  
te licet, id est, si permiseris, vel si potero, à te non impeditus. Plaut.  
in Asin. Afinaria vult esse, si per vos licet. Terent. in prolog. Heaut.  
Date potestatem mihi statuam agere, ut liceat per silentum: id  
est, ut ego possim agere, vobis tacentibus. Licet absolvè, pro po  
teris facere. Cicer. lib. 1. de Invent. Hanc si quis patrem putat esse  
orationis, sequatur Hermagoram licet. id est, poterit sequi, vel  
licet ut sequatur. Aliquando significat, facile est. Cicer. lib. 2. Of  
ficer. Licet enim ora ipia cernere iratorum, aut eorum, qui aut  
libidine, aut motu commoti sunt, &c. id est, facile est. Pro liquet,  
apud Tertull. & Plaut. Aliquando adverbium concedentis est, idem  
significans quod, est. Virg. 6. Aeneid.

licet ingens janitor antro

Aeternum latrans exangues terrebat umbras.

Est conjunctio adversativa pro quamvis. ξ η. GAL. Iapoit que,  
non obstant. ITAL. Ben che. GERM. Wierolob schon. HISP. Aunque,  
ANGL. Albeit, althoqht. Cic. fro Sext. Rose. Licet omnes in me ter  
roris impendeant, subibo.

Licetum est, licet. ξ ιππων. Plaut. in Amph. Quin introire in ædes nun  
quam licitum est, id est, nunquam permittitur.

Licētūs, (adjectivum) ut, Negotiatio licita. Ulpian. lib. 2. ff. de jure  
patronat.

Licētūrum. Cic. ad Attic. lib. 2. Quod nihil nigris ei licitum esse ple  
beio Rempublicam perdere, quām similibus ejus. &c.

Licētia, æ, Libertas immodica, impunitas agendi, dicendique quicquid  
velis. ξ ιππων rishōn. æ, æ. GERM. Licence, abandon, liberté. ITAL.  
Licenza. GER. Erlaubung/nachlassung/gestattung. HISP. Licenzia, la sol  
tura para malhazer. ANGL. Licence, leave. Terent. Deteriores omnes  
sumus licentia. Lucan. lib. 1.

Qui furor, o cives, qua tanta lcentia ferri?

Quint. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Ali  
quando etiam in meliore partem accipitur, ut idem sit quod li  
bertas. Cic. 3. Offic. Nobis autem nostra Academia magnam licen  
tiam dat, ut quodcumque probabile maximè occurrat, id nostro ju  
re liceat defendere. Idem lib. 1. Offic. Magnis enim illi, & divinis  
bonis licentiam hanc assequentur.

Par fuit exigui similisque licentia Calvi,

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Licentia gladiorum, Velleius.

Non tuta licentia Circi est,

Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist. Cicero vir aceritæ in studio litterarum  
licentia, &c. Gell. lib. 3. lib. 15. Libertatem, Imò licentiam, Liv. 4.  
d. 5. Licentia ad exitum præcipites, Suet. in Aug. cap. 47. Ingens li  
centia æstuantium aquarum. Seneca cap. 18. de conf. ad Marc.

Licentiatus, doctus, cum dignitate licentia.

Licētōr, is, & licentius, quod immodicè liberum est. ξ ιππων  
την αχειαν. GAL. Trop abbandonné. ITAL. Più licentioso. GERM. Das mehr ers  
habung hatt / fräsfentlicher / meisterhaftiger. HISP. Mas fuerlo de regla.

ANGL. Over dissolute. Ut, Licentior epistola, in qua nimis liber  
scribimus. Plin. in præsat. naturali. hist. Licentior epistola narrare  
constitui. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quasi multa per  
licentiam facientia. Licentior vita, id est, dissoluta. Valer. lib. 9. cap. 1.  
Licentior dithyrambus. Cic. 3. de Orat. Inde ille licentior & durior  
fluxit dithyrambus. Idem de Orat. Quid vero licentius, quām quod  
hominitum etiam nomina contrahebant, quod essent aptiora?

Licētōs, a, um, qui nimia uitit licentia. ξ ιππωντας. GAL. Trop  
licentieux, trop hardi. ITAL. Licentioso. GERM. Das zuviel freyheit  
oder erlaubung hatt / murwillig. HISP. Suelto de regla. ANGL. Dis  
solute, licentious. Quint. lib. 1. cap. 10. Nam ebrot dicere, non  
minus est licentiosum, quām si sulphuri, & gutturi subjicerent o  
mediam.

diam in genitivo. *Tacitus.* Ex moribus Imperatoris miles intactus, aut licentiosus.

Licentia, adverbium, Liberè, audacter. {*ἀδεῖς.* GAL. *Licentia, usque, libere.* ITAL. *Licentio, amante.* GERM. *Nachlässiglich, frechenlich.* ANGL. *Wuth licence or leave.*} Cic. in *Orat.* Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, ut ingredi liberè, non ut licenter videatur errare. Idem i. de nat. deor. Tanta est impunitas gatriendi, ad quam licenter fluentium frequenter transitio fit visionum, ut è multis una videatur. ¶ Ab hoc *Gellius* formavit *Prælicenter*, quod est quasi nimis licenter, Quæ verba ( inquit ) finxit prælicenter.

Licerteris, Centurio: fortè *Luceres*. Cerd.

Lichanos, λίχανος, s. ideit digitus qui post pollicem secundus, si ab eo incipias numerare. Index.

Lichanos, λίχανος, s. Chorda quædam Aristoteli.

Lichas. {*λίχας* zéreth. λίχας. ANGL. A spanne.} Mensura est, quam Galli suâ linguâ impropriè palmum vocant: hoc est, illud interstitium, quod est inter pollicem & indicem quam maximè extensos.

Lichas, Puer quidam Herculis, per quem Dejanira viro suo in Oeta monte sacrificaturo, vestem misit, Nelli Centauri sanguine infectam: quam quum ille induisset, serpente jam per corpus veneno doloris magnitudine in furorem versus, Licham, pñniciosi munera latorem, capillis arripuit, & insubjectum mare præcipitavit: quem Poëtæ fabulantur in saxum sui nominis fuisse mutatum, quod à nautis in mari Euboico ostenditur. Ovid. 9. *Metam.*

*Nunc quoque Euboico scopulus brevis eminet altè  
Gurgite, & humana servat vestigia forma:*

*Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur,*

*Appellantque Lichan.*

Lichades, λίχαδες. Insulæ tres sunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatae, quem in hoc mare præcipitavit Hercules Nelli Centauri sanguine in furorem conversus: Autor Strab. lib. 9.

Lichen, is. {*λιχένη*, vel Lichenes, plurali numero, λιχένη. GAL. Dartre, ou seu volage, qui est une maladie sur la peau de la personne. ITAL. Menta gr. GERM. Die verwüstung des angefichts mit schuppäthiger raud/gittermal. HISP. El empeyne. ANGL. A disease called a tetter, ring-worme, or woldshire.} Morbi genus faciem præcipue infestans, quem Latini quod à mento potissimum oriretur, mentagram appellavunt. Irrepsit in Italiam Tiberij principatu, antea universæ pto pemodum Europæ incognitus, sine ullo quidem dolore, & sine vita pernicie, tanta tamen fœditate, ut quæcunque mors præferenda esset. Hæc Plin. lib. 26. cap. 1. Galenus tamen, cæterique Græci, lichenum nomine levius quoddam mali genus videntur intellexisse, quam quod à Plinio describitur: illud l'clicet, quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam Plin. ipse lib. 20. cap. 1. Lichenas impetiginem interpretatur; sicut pectora, scabiem. Vide Menardum Epist. medic. lib. 7. ¶ Est & Lichen herbæ genus, singulari adversus lichenas remedio: unde & nomen accepit. Ejus duo sunt genera, quorum alterum in locis nascitur saxosis, folio uno ad radicem lato: caule ñano, parvo, longis foliis dependentibus: alterum petris roscidis adhæret, ut muscus. Autor Plin. lib. 26. cap. 4.

Lichfeldia, *Lisfeldæ*, V.E. Angliæ. sub A. Cantuariensi.

Lichindus, λίχινδος, urbs Sicilia, unde gentile nomen, Lichindius Stephan.

Liciæ, orum, Sunt fila quibus in telis textrices implicant stamna: quamvis nonnunquam etiam pro ipsis accipiuntur staminibus. {*Ἐργού* hérēb. μῆτ. GAL. Les fils de la trame d'un tisserant. ITAL. Lici, filii da trammare. GERM. Das wabergeschirr/gerüst dardurch der zeitel auf dem stnl gezogen wird. HISP. Los lisos de la tela. ANGL. Threades in the rooblers beame.} Plin. lib. 8. c. 48. Plutinius verò liciis texere, quæ polymita appellant; Alexandria instituit. Virg. 8. *Eclog.*

*Terna tibi hac primum triplex diversa colore*

*Licia circumdo.*

Ovid. 3. *Fastor.*

*Licia dependent longas volantia sepes. ( i. vittæ.)*

Per lancem & licium concepta furta. Gell. cap. 18. lib. 11. Licio transverso & linio præcincti lictores. Gell. cap. 3. lib. 12. Ovid. 2. *Fastor.*

*Tunc cantata tenet cum fusco licio plumbō.*

Vnde Trilicem dicimus vestem, quæ ex tribus liciis constat. Et Titivilicia, fila de tela decidentia. Plaut. in *Casin.* Non ego verbum emptitem titivilicio, id est, re admodum vili.

Liciæ, Poëta Martiali coætaneus, & conterraneus: ad quem extat ejus Epig. lib. 1.

*Videbis altam Liciæ Bilbili.*

Licinia, æ, Genus olivæ, quæ & Liciniana dicitur, ab inventore. Cato de re rustic. cap. 6. Qui ager frigidior & mactior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Colum. lib. 11. cap. 49. Videntur autem, & alia genera huic rci magis esse idonea, sicut Licinæ & culmineæ.

Licinium, vestis quædam *isid.* Lignum lucens, *eidem.* unde & licinium dicitur, quod lumen det.

Licinius, quasi lucinius est enim candela lucernæ;

Licini, Lucernæ. Lege *Licini.*

Licius negotiator. Gloss. *Iſid.*

Licitator, Licitor, vide *Licio.*

Licitor, is. Apparitor magistratus, viator, carnifex. {*Ἵπτος σχοτέρ.* GAL. *Sergent, boureau.* ITAL. *Birro, boia, sergente, GER. Stattknecht oder Scherg/eindien der obereit. HISP. El macero real, verdago. ANGL. A sergeant or like minister to execute corporal punishment.} Lictor dictus à ligando, Plutarch. in Rom. Idem ibid. conatus à Græco deducere. Lictor è collegio Viatorum erat. Et unde dictus, Gell. c. 3. lib. 12. Cum lictor ex more animadvertisi jussisset. Sueton. in *Cas.* cap. 20. Sed duodenii lictores Consulis erant, aliorum seni tantum, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistribus præbant, ac quoties iussi erant, fasciculos solventes primò virgis cædebat damnatum, mox securi feriebant. *Livius.* Missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos*

virgis cædunt, securisque feriunt. Hos primus instituit Romulus, ut est autor Plutarch. Dicti autem sunt lictores à ligando, eò quod magistratus popul. Rom. priusquam quempiam verberari jussisset, pedes & manus à ministris illi jubebat ligari. Gell. lib. 12. c. 3. quod & ipsum non obscurè indicat Cicet. in *Orat.* pro Rab. Lictor, inquit, colliga manus. Differunt tamen Lictor & Viator, ut Lictores dicantur qui iussi in damnatos animadvertisunt, & sunt ministri Consulum, Prætorum, Proconsulum, Praesidum, cæterorumque, qui cum imperio sunt. Viatores vero non cædunt, aut animadvertisunt, sed jussu Tribunorum, quorum sunt ministri, tantummodo vocant, aut impediunt. Liv. lib. 2. ab Urbe, Ardens itaque ita Tribunus, Viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gell. lib. 13. c. 12. ex lib. 21. *rerum hum.* *Varro.* In magistratu habent alij vocationem, alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem, ut Consules, & cæteri qui habent imperium: Prehensionem, ut Tribuni plebis, & alij qui habent viatorem: Neque prehensionem, neque vocationem, ut Quæstores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem.

Lictoriūs, a, um, quod ad lictorem pertinet. {*ἱεράδυνας.* GAL. Appartenant à boureau, ou sergent. ITAL. Pertinente à birro, à sergent. GER. Das zu den statknechten oder schergen gehört. HISP. Perteneiente à macero real. ANGL. Belonging to a sergeant.} Plin. lib. 7. cap. 30. Fases lictorios janæ summisit is, cui se Oriens Occidensque summisserat.

Lidda, S. George de *Lidde*, V.E. sub P. Jerosolymitano.

Lidiscarti fissura membra in ll. *Bajorum.* Vox Germanica à fid, membrum; & schalte, rasura, fissura, crena: à schærentondere, radere.

Lido, is, *λίδος.* Verbum antiquum, significat Confringo, deleo, cujus composita sunt Allido, collido, illido.

Liduna, maris salacia.

Liduvvagi. In ll. *Frison.* à verbo fid/membrum & wegen movere.

moribus maledictis, obtrectatorum vocibus & sermonibus. Cic. ad Varronem lib. 6. Tibi autem idem consilij do, quod mihi met ipsi, ut vitemus oculos hominum, si lingua minus facile possumus. Tela lingue. Ovid. 4. de Ponto.

*Hos tibus eveniat, quam sis violentus in armis,  
Sentire, & lingua tela subire tua.*

Lingua's retundere. Livius lib. 1. d. 4. Omnia linguarum histrio-nes. Suet. in Auguſt. cap. 51. ¶ Est præterea Lingula, sive lingua, promontorium, vel alia quævis terra oblonga, & angusta, quæ in modū linguae exerctæ in mare excurrit. Cæſ. 3. bell. Gall. Erant ejusmodi ferē situs oppidorum, ut posita extremis lingulis, promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, &c. Budeus. Plin. lib. 5. cap. 7. Inde in altum lingua mille passuum excurrit. Vide Livium, lib. 7. d. 4. & lib. 4. d. 5. ¶ Lingua item Plin. lib. 24. cap. 19. Herba est, quæ circa fontes nascitur, cujas radix combusta & trita, alopecias emendat. ¶ Similiter lingua bubula, genus herbæ, quæ Græci βεγλατος dicunt, boum linguae simili. ¶ Lingua canina, alia herba, quæ κυνόγλωσσος vocatur à Græcis. ¶ Lingua præterea, genus lapiilli, quod inter gemmas connumeratur. ¶ Lingua amicus δικαιος φίλος, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed benevolentiam oratione præ se fert. Theog. in sentent. ¶ Lingua bella-re, γλώσση πλευρα, dicuntur qui maxime convitantur, ac minantur hosti, sed quum turum est. ¶ Lingua juravit, η γλώσση ἀμοση, ubi quis non præstat fidem promissis: aut ubi non ex animo pollicetur. Euri-pides. ¶ Lingua duplex. Plaut. in Asin. Fac pro serpentem bestiam me, duplice ut habeant linguam, id est, inserere tuam linguam in os meum, id est, collabellare osculum Laberio, & significatur id suavij genus, quod Græcis γένος λαθανάτημα. ¶ Lingua ignara, pro lingua alienus ignoratio. Salust. Iugurth. 66. Mare magnum, & ignara lingua commercia prohibebant.

Linguagium, sermo. Vox Italica (linguaggio) qua interdum scriptores Latini utuntur. GAL. est, langage.

Linguatus, id est, lingua, loquax.

Liuguitri, salcis trifariam divisis. Lege, linguis trifulci, trifariam divisis. Vi. gil.

*— linguis micat ore trifulci*

Linguosus verbosus.

Lingula, secundum Priscianum, & per concessionem, ligula, parva lingua. ¶ στρῶσηροχ. γλωσσάριος, γλωσσής. GAL. une courroie, une spatule, une culliere, une écumoire, un friquet, une éguilette. ITAL. Picciola lingua, corregia d'una scarpa, spatola, cucchiaio. GERM. Ein jünglin. HISP. Pequeña lengua, la lengua o puerta del capote, la espátula del abotacario, agujeta, cinc. ANGL. A little tongue, a lingell, a little tenon, a little slice. ¶ Festus. Lingula per diminutionem dicta, alias à similitudine exerctæ linguae, ut in calceis: alias insertæ, id est, intra dentes coercentæ, ut in tibiis. Docti nostræ ætatis Priscianum sequunt, indifferenter scribunt lingula, vel abjectâ n literâ, ligula: Martialis tamen irridet superstitionem Grammaticorum sui temporis, qui quum Senatori & Equirum, eorumque qui emendatissimè loquebantur, usus obtinueret, ut ligula diceretur, etymologiam tamen rationem sequuti, lingula dicendum conteudebant.

*Quamvis (inquit) me ligulam dicant Equitisque, Patrésque,  
Dicor ab in dōcīs lingula Grammaticis.*

Quo in loco prima syllaba corripitur, quemadmodum & apud Ju-venalem. Sacry. 5.

*— & ligulæ dimittere sollicitus ne*

*Tota salutatrix jam turba peregerit orbem.*

Martial. lib. 1. eandem produxit.

*Non extrema sedet lunata ligula plana.*

Unde nonnulli putant ibi legendum esse lingula, Sed verisimile non est, Poëtam in idem vitium labi, quod in aliis reprehendit. ¶ Est etiam ligula instrumentum cavum & oblongum, in speciem linguae factum, quale est illud, quo utuntur Aromatarij ad extra-henda & vasis unguenta. Plin. lib. 21. cap. 14. Cera punica fit hoc modo, ventilatur sub dio sapientis cera fulva: deinde fervet in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis eligunt florem. Colum. lib. 9. cap. 15. ligulam vocat instrumentum ad purgandum & vase spumam: Deinde (inquit) ubi liquatum mel in subiectum alveum defluxerit, transfertur in vasa fistilia, quæ paucis ante diebus aperta sint, dum musteus fructus effervescat: sique sapientis ligula est purgandus. ¶ Accipitur etiam ligula pro mensura quadam, quæ alio nomine cochlear dicitur, quæ est quarta pars cyathi. Nam quatuor ligulae compleat cyathum. De quo vide Agri-colam lib. 1. Plin. lib. 20. cap. 5. Item opisthotonicis, & jecinorum vi-riis, & torninibus, & stranguræ, duarum, aut trium ligularum men-sura. Idem. Sunt qui comitilibus morbis dandum putant luna quar-ta, sexta, septima, ligulae mensura, id est, cochlearis. ¶ Veteres etiam gladiolum oblongum in speciem linguae factum, ligulam vocata-vit, cuius rei testis est Gell. lib. 10. c. 15. Ligulae, ansæ caligatum, à ligando: Interpretes Juvenalis.

Lingulatus, adjectivum, γλωσσάριος, ut lingulatus tubulus, apud Varr. lib. 8. cap. ult.

Lingua, instrumentum quo lingua alicui occluditur. ¶ φ. φ. στια, στωο, τειστωο. ¶ Seneca de benefic. lib. 4. cap. 36. Ecce ut doleat tibi, ut postea consideratius loquaris, (quod dicere solemus) linguarium dabo.

Linguax, acis. Verbosus, multum loquens, qui nimium & stulte loqui-tur. ¶ γλώσση. GAL. Languart, babillart, grand parleur. ITAL. Ciarlone. GERM. Schwätzig, klapperechtig. HISP. Parlero, hablador, o hombre des-lenguado. ANGL. A babler, prater, or chatter. ¶ Gellius lib. 1. cap. 15. Hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Lingulacæ, & Piscis ex planorum genere delicatissimus, quem Germani lingua vocant, Galli à similitudine solearum, quæ calceis sub-sauntur soleam appellant. ¶ ANGL. A sole. GAL. Vne sole. ¶ Plaut. in Casina. Vin' lingulacæ? st. quid opus est? quando uxori est domi, Ea lingulaca est nobis: nam numquam tacet. Quo in loco

Plautus suo more concitandi risus occasionem querit. Nam quæ Olympio, cui à Stalinone hero negotium erat injunctum opsonandi, hoc est, opsonia coemendi, quævisset vellētne lingulacæ? quod genus erat piscis delicatissimi: detorsit Stalino vocis ejus significationem ad mulierem linguacem: responditque, nihil sibi opus esse lingulacis, quum domi haberet uxorem linguacissimam. Esse autem lingulacam piscis genus apud Plautum, clarissimum est ex eo, quod statim subjicit Olympio: In te præsenti ex copia piscaria Consulere licebit quid emam. Varr. quoque, teste Non. Mar. lingulacam, pro verboso posuit, in lib. οἰλοκοπίας, Quare resident lingulacæ, obtrectatores jam tui murmurantes dicunt, μοιούσσετε τις μετάλλοι μη μημέσσεται. ¶ Item lingulaca, herba quædam circa fontes nascens, quæ & lingua, Plin. lib. 25. cap. 11. & lib. 24. cap. 19.

Lingēr, vide Linum.

LINIO, is, ivi, itum, quartæ conjug. Vnco, vel frico, aut aliquid simile quod digito, aut aliquo instrumento alicui rei fricando superinducitur, vel imprimitur, sed tenuiter & crassè. ¶ τυταχ πασχαχ τοιασαχ. γειω, αλιφω. GAL. Ondre. ITAL. Vngere, fregare. GERM. Bestreichen, salben, schmirben. HISP. Vntar. ANGL. To annoy or oversmear. ¶ Col. lib. 8. Ferè autem per æstatem sic musæ aures canum exulcerant, saepe ut toras amittant. Quod ne fiat, amaris nucibus contritis linienda sunt. ¶ Componitur Delinio, quod à lino Perottus formavit. Hinc delinimentum, θελυτης, Onom. ¶ Linio, as, scribunt aliquando pro lineo. Onom. delineo, is, θελω. θελεω, delinio, as, θελεωφω.

Linisia, retia. Lege Linaria.

Linnæ sagæ quadra & mollia sunt; de quibus Plaut. Linnæ cooperata est textrino Gallia.

LINO, is, ivi, vel evi, itum, à linum. Rem aliquam mollem alteri induco, illino, oblino, inungo, perungo. ¶ τυταχ πασχαχ τοιασαχ ισιχ. αλιφω, γειω. GALL. Ondre, maculer, tacher. ITAL. Distendere, ò cera, ò tinta, ò colla, ad altro, sopra alcuna cosa. GERM. Bestreichen. HISP. Vntar, manchar. ANGL. To annoy or oversmear. ¶ Colum. lib. 7. Sed illius sanatur noxia, fibula ahena si locum lœsum compungas, cretaque cimolia & aceto linas. ¶ Aliquando, obturare. Virg. 4. Georg.

neque illa.

Nec quiquam in tecis certatim tenuia cerā  
Spiramenta linunt.

Aliquando insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cicér. ad Quint. frat. lib. 2. Lucretij poëma, ut scribis, lita sunt multis luminibus ingenij, id est, insignita, & quasi fucata. Linere faciem pane madido. Sueton. in Othon. cap. 12. Ovid. 3. Fast.

Ridet & ipse Deus, limūmque inducere monstrat:

Hic paret monitus: & linit ora luto.

Præterito lini usus est Quint. in declamat. Caci. Et ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. C. l. lib. 10. cap. 50. usurpavit præteritum livi, Multi (inquit) quum semel nova dolia, vel serias crassa gummi liverunt, una in perpetuum gummitione contenti sunt. Præteritum levii videtur mansisse ab antiquo verbo leo: quod tamen inter præterita verbi lino est usitatissimum. Horat. lib. 1. Carm. Ode 20.

Vile potabue modicis Sabinum  
Cantharis, Graca quod ego ipse testa  
Conditum levii.

Cato de re rust. Postea dolium calefacito minus quam si picare velis: tepeat satis est: lignis levibus facito calefacio: ubi temperate tepebit, cum in indito, postea linito. Si recte leveris in dolium quinquaenarium, pedum quatuor satis erit. Supinum unum tantum habet lumen, penultima correpta. ¶ Ejus composita sunt, Allino, ad aliquid lino. Palladius. Si sterlus primogeniti vituli allinamus oribus vasculorum. ¶ Collino. Gellius. Postea tabulas cera collivisse. ¶ Circumlineo. Cicer. 1. Tuscul. Condunt Ägyptij mortuos, & eos servant domi. Persæ etiam cera circunlitos condunt, ut quam maximè permaneant diuturna corpora. ¶ Delino, illino, interlino, idem est quod deleo, hoc est, inducere atramento, aut alio liquore scripturam aliquam picturam destruo, άλιφω, έπαλιφω. Sic interlita literæ dicuntur, quæ deletæ sunt, ita ut legi non possint. ¶ Elino, in quino, fædo. Lucil. lib. 6. Si hæc vestimenta elevit luto. ¶ Perlino, idem quod oblino, vel obduco, άλαζιω, άλαζιφω. Colum. lib. 8. Mox ulcera lavantur aceto, & tunc pice liquida, cum adipe suilla perluntur. Relino, quod obturatum erat aperio, απιω, απαγιω. Terent. in Heaut. Relino omnia dolia, omnes serias. ¶ Stiblino, mediocriter fædo, decipio, & pro ridiculo habeo, ωραγιω, ιωιω. Plaut. in Epidic. Senex tibi os sublitum est plane & probè: id est, verba tibi data sunt. Et in Captivis. Quantò in pectore hanc rem meo magis voluto, tanto mihi Ägritudo auctior est in animo, ad illum modum sublitum es esse Hodie mihi: id est, ita me esse irrisum, vel ita nihil data esse verba.

Linitus, us, ui, ilinendi actio. Cels. lib. 6. in Evelydis Collyrio, sed ante linitum hoc ungendum est, al. singend.

Litūs, a, um, partic. Unctus, oblitus, illitus. ¶ παταχ παταχ παταχ νιμ-σχαχ. ισιχισθιφω. GAL. Oint, taché, maculé. ITAL. Coperto, unto, tin-to. GERM. Bestreichen, gesalbt, besprengt. HISP. Vntado, ò mancha-do. ANGL. Amoyned or oversmered. ¶ ut, Litæ veneno sagitta. Lita auro domus. Sueton. in Nero. cap. 31. ¶ Aliquando idem quod maculatus, sive maculis quibusdam aspersus. ισινικτ. Virg. 4. Georg.

— elinet alia, & fulgore coruscant  
Ardentes auro, & paribus lita corpora gattis.

Litūrā, Scripturæ macula, quum scilicet delendi, aut expungendi, verbi causâ, atramento transversam lineam ducimus, aut delecto penitus aliud superinducimus. ¶ παταχ παταχ. GAL. Effacement, effacere. ITAL. Cassatura. G. R. Ein durchstreichung. HISP. Borron ò raedura de letras. ANG. Astrak with a pennis, a blot. ¶ Cic. pro Arch. Et unius nominis litura se commotum esse dixerit. Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Neve liturarum pudeat, qui viderit illas,  
De lacrymis factas sentiat esse n.eis.

Idem Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Litera suffusas quod habet maculosa lituras,  
Lesit opus lacrymis ipse. Poëta suum.

Litura extet, dempta nota, metaphor. Suet. in Claud. cap. 16. Ponitur aliquando pro ipsa linitione, vel linimento. { ποντιακός γείσος, ιππόγειος, ἀλευρια. } Colum. lib. 4. cap. 24. Nam & teredinem formicamque prohibet: solem etiam & pluvias arcet ejusmodi litura.

Liturarius, a.ūm, serviens lituris.

Lituro, as. expungo, induco, deleo. { ποντιακός, λειθείφω. } GAL. Effacer. ITAL. Cancellare. GERM. Durchstreichen, aufstilgen. HISp. Borrar o raeer la letra. ANGL. To cross or straik out with a penne, to pur away. Sidon. Apol. lib. 9. Ep. 3. in fin. Tunc vel certius te probasse reliqua gaudabo, si liturasse aliqua cognovero.

Linocalamis linum agreste. L.g.b.

Linostema, vestis ex lana linōque contexta, & dicta linostema, quia in stamine linum, in trama lanam habet. Isid. lib. 19. c. 22.

Linōstrōphōn, herba est notissima, quam nonnulli prasian, alij marrubium vocant. Vide Plin. lib. 20. c. 11.

Linōzōstis, λινόζωστη. Dicitur herba quam Latini Mercuriale vocant. Plin. lib. 25. cap. 5.

Linquo, is, liqui, lictum, ut Priscianus censet: quamvis in simplici supinum in usu non sit. à liquo: & hoc à λινώ: ut à λύπτῳ. lupus. { ς ψωχάτης. } schamat. λέιμω. GAL. Abandonner, laisser, delaisser. ITAL. Abandonare. GERM. Lassen oder verlassen. HISp. Dexar, desamparar. ANGL. To leave or fo sake. } Sunt qui putent, Nestorem sequuti, priorem præteriti liqui, indifferentem esse, decepti (quod res ipsa loquitur) corrupta Virgilij lectione, quam sic adducunt.

Namque suam patria liguerat tellure sepultam.

Quem tamen versum hunc, omnium tum Grammaticorum, tum exemplarium consensu sic legendum constat:

Namque suam patria antiqua cinis ater habebat.

Est autem linquere, idem quod deserere, relinquere. Tibul. lib. 4.

— Cælo vicinum liquit Olympum [Iuppiter.]

Linque collum præcor. (alloquitur eum, qui capiebat alterum obstricto collo) Plaut. Amph. sc. 4. a. 4. Herum in obsidione linquet. Idem Afin. sc. 2. a. 2. Idem in Amphit. Ubi me liquisti? s. domi cum Alcumena conjugé. Virg. 1. Eclog.

— Et dulcia linquimus arva.

Idem 3. Aeneid.

Linquimus Ortygia portus, pelagique volamus.

Linqui animo, hoc est, deficere, & deliquium pati. Curtius, Linqui denique animo, & submitti genu cœpit. Sueton. in Cas. cap. 45. Linqui animo solebat. GAL. Le cœur luy failloit: il souffroit des defaillances & foiblesses. Et linquens animus, pro Deficiens, apud eundem Curt. Hujus compositum est Delinquo, & Relinquo. } Linquendus, λειμών. Ovid. 1. Metamorph.

— utque reliquit Sic linquendus erat.

Linquens, particip. ut Linquens animus, apud Curtium, animus deficiens & deliquium patiens. Linquentem (inquit) revocavit animum, & nudum hostis latus mucrone hausit.

Linēārīus, Linceatus, Lintecones, Lintecolum, vide Linetum.

LINTER, tris, à lingō. Navicula genus ad flumina tracienda, ex arbore excavata in navigi formam: æquè autem invenitur & virilis & muliebris generis. { σκάφη, σκαφήδιον. } GAL. Petit batteau. ITAL. Batello, patisceremo. GERM. Ein roeyding ist aigentlich / ein aufz gehösterbaum so man an statt eines schiffslins braucht. HISp. La canoa, barco de un madero pequeño. ANGL. A little boate. } Virg. 2. Georg.

— cavat arbore linteres.

Cæl. lib. 7. bell. Gal. Conquirit etiam linteres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Tibull. lib. 2. Eleg. 5.

Exiguus pulsā per vada linter aqua. [al. pullā.]

Plin. lib. 6. cap. 23. Præterea longè à terra abest navium statio, linteribusque efferuntur onera quæ geruntur. Liv. lib. 1. bell. Pun. Itaque ingens coacta vis navium est, linteriumque temerè ad vicinalem ulum paratarum. Cicero. pro Milt. Repente linteribus in eam insulam materiam, calcem, camenta atque atma convexit. Inde Lintrarij quorum meminit Ulpian. in l. 1. §. 4. ff. nautæ, caupones, &c. linterium sunt exercitores. } Linter etiam vas est uno ligno excuspto, ut navis, quo utuntur alveo in vindemia; Navia dicitur à Festo Pompeio. Tibull. lib. 1. Eleg. 4.

Aut mihi servabit plenis in linteribus uvas.

Lintrarius, qui linteri præst, apud Ulpian. l. 1. §. de exercitoribus. 4. ff. nautæ, caupones, &c.

Linternum, Campania vicus, ubi Scipio Africanus invidiæ cedens obiit, ac sepultus est.

LINTEUM, ei. Pannus lineus: & sudarium quo in balneis utimur, & aliis negotiis ad extergendum. { ποντιον sudhin. δέρνη. } GAL. Linceul, lingue de quel: ne sorte qu'il soit. ITAL. Lenzuolo, singatoio. GERM. Allerleyleinot / ein leinen tuch. HISp. Lienço, o savana de lino. ANGL. All kind of liennen. } Plaut in Mostell. Lintecum cape, túque exterge tibi manus. Martial.

Non tam sapè teret lintera sullo tibi.

Linterum extersum (in supellecile lenonis.) Plantus Cureul. sc. 4. act. 4. } Lintera etiam dicuntur vela quibus utuntur nautæ. Virgil. 3. Aeneid.

— Certum est dare lintera retro.

Item quæ in theatro tendi solent ad spectantium umbracula. Hinc legimus Cæarem totum forum linteris adumbrasse. } Accipiuntur etiam lintera, pro vestibus lineis.

Lintelum, diminutivum. { εἶχα, οἴχιον, } GAL. Petit drapeau, drapet; petit linceul. ITAL. Lenzuolo picciolo. GERM. Ein leinen tuchlin, Stimpfen. HISp. Pequeño lienço. ANGL. A cloue. } Plin. lib. 11. c. 12. Vulneribus (inquit) in linterolis imponitur. Idem lib. 20. cap. 17.

Distillationem naridum discutit rufum, in lintero olfactum. Colum. lib. 6. cap. 16. Praefractis cornibus linterola sale atque acetō & oleo imbuta superponuntur.

Lintēātūs, Linteris induitus, id est, lineis vestibus: quali habitu usus fertur Apollonius philosophus: quoniam hujusmodi habitu videbatur mundior, quam qui ab animalibus deglubebatur. { ὁ ὄφελος κατέδουκός. } GAL. Vēnu de linge. ITAL. Vestito con lenzuolo. GERM. Mit leinwand bekleidt. HISp. Vestido de lienço. ANGL. Clothed with linnen. } Livius 10. ab Urbe, Ea legio linterata ab integrumento concepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est, Lintecatus senex. Senec. cap. 27. de vita beata.

Lintēātūs, qui lintera conficit, aut vendit. { λινσεγός, λινοτάλης. } GAL. Linger, qui vend du linge. ITAL. Che fa, d' vero vendere lenzuoli. GERM. Einender mit leinwand verhüttet sey der es mache / oder allein verhauft. HISp. El liencero. ANGL. Alinen drapper. }

Linterator, lini textor, λινοφός.

Lintēōnēs, qui texunt linteramina in vestium usum, ut docet Servius lib. 7. Aeneid. { διστροφοι, λινοτάλης. } GAL. Tisserans de toiles, lingers. ITAL. Tessari di tele, tessitori. GERM. Leinwödber. HISp. Texidores de tela. ANGL. Linnen weavers. } Plaut. in Aulul. Aut manulcarij, aut mirobreccarij, propolæ, linterones, calceolarij. Firmicus lib. 2. Mathes. Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Matrem, ista conjunctio faciet linterones, aut tabernarios, atque colorum tintores.

Lintēūs, a.ūm, adjec̄t. vide Linum.

Lintrium, urbs Norici ad Danubium sita.

LINUM, i, à λινος, & hoc à λιν, λιν. hinc linterum. { πίστας πιστάχη τὰ βαδῆ. λινος. } GAL. Das lin, fil ou filet de lin. ITAL. & HISp. Lino. GERM. Flachs/werke. ANGL. Flaxe or linnen. } Herba est notissima quæ cannabis modo in lance mollitiem cohtusa, netur in uium intumarum vestium. Virg. 1. Georg.

Urit enim campum lini seges, uirit avena.

Plin. lib. 10. cap. 33. Argatilis appellatur eadem figura ex lino intertexens. } Linum pro filo posuit Cels. lib. 7. c. 14. A quibusdam, inquit, tumor ad imum acu trajectatur duo lina duecata: deinde utriusque lini duobus capitibus diversæ partes astringuntur. Et cap. 4. Linum crudum vocat, quod adhuc vulgo du fil erit, id est, filum novum, rude, needum lixivio maceratum. } Linum ruptum, aut turbata cera, in consignationibus. Quintil. Per ceram & linum, litterasque interpretes. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1.

Linetūs, a.ūm, Linetus, quod ex lino est. { λινος, λινος. } GAL. Qui est fait de lin. ITAL. Cosa di lino. GERM. Flachsfin. HISp. Cosa de materia de lino. ANGL. Made of linnen or flaxe. } ut Vestis linea, de lino facta. Plin. lib. 12. cap. 6. Sed unde lineas uestes faciunt. Virgil. 5. Aeneid.

— nodos & vincula linea rupit.

Linaria herba, species antirrhini, (ut videtur Dodonæo) quod folia habent lini foliis similia, leinfraut / flachsfraut.

Linarius, qui linterum parat & vendit. Gloss. Cyilli. Linarius negotiator, Linarius retiarius, Linarius gladiator. Vet. vocab.

Linēgēt, a.ūm, Gerens uestes lineas. { λινοστοιχός. } GAL. Vētu de lin. ITAL. Vestito di lino. GERM. Das flachsfin/oder leinvin kleidung tregt. HISp. Vestido de lino. ANGL. Clothed with linnen. } Ovid. 1. Metam.

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

alij legunt, linigena.

Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis vestibus indui solebant. Juven. Satyr. 6.

Qui grege linigero circundatus, & grege calvo

Plangentis populi currit derisor Anubis.

Ovid. 1. Amor. eleg. 1.

Nec tu linigeram fieri quid possit ad Istim

Quasferis.

Alij legunt ibi, linigenam.

Linūm, Filum est transversum, cui stamina applicantur. Gell. lib. 2. c. 3. Licio transverso, quod Linum appellatur, qui magistratibus ministabant, cincti erant.

Lintēūs, a.ūm, Lineus, quod ex lino est confectionum. { λινος. } GAL. chose faire de lin. ITAL. Cosa fata di lino. GERM. Aus flachs gemacht / leinin. HISp. Cesa hecha de lino. ANGL. Made of linnen. } ut, Vestis lintera, id est, lino contexta. Cicer. 7. Verrin. Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij atque odores, vestimentaque lintera. Linteri libri, qui de lino siebant, cujusmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liv. 4. ab Urbe, Licinius Macer author est, & in fore Ardeatino, & in linteris libris ad Monetæ ædes inventis. Plin. lib. 3. cap. 13. In plumbeis linterisque voluminibus scriptitatum constat. Lintera, religiosaque ueste. Sueton. in Othon. Lorica lintera. Idem in Galba.

Lināmēntū, i. Penicillus ex lintero decerptus, qui vulneri imponitur ex linterolo, vel spongia, vel lana, ad exsiccandam saniem, & purulentiam extrahendam. { ποντίς, τιττίς. } GAL. Plumaceau, ou charpie, tente de charpie, de drapeau, de laine, ou d'éponge. ITAL. Drapo di lino, o de lana. GERM. Ein leininer meyssel / so man in die runden thut. HISp. El paño de lino, las hilazas de lienço. ANGL. A piece of linnen put in a wounde for to dryt il a tent. } Cels. lib. 5. Linamentum involutum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendumq; in nates. Idem lib. 7. cap. 28. Et intus implicitum in longitudinem linamentum, ληναῖον Græci vocant, in aceto tintatum demittere, suprâque succidam lanam aceto madentem deligare. } Linamenta item dicuntur quæcumque ex lino constant. Plin. lib. 32. cap. 10. Delphini adipe linamenta accensa excitant vulvæ strangulatu oppressas.

Linibus, clavus in ueste regia. Quæ hæc uestis regia fortassis species est trabeæ, quæ regia dicebatur, ad discrimen Trifolia, & Quirinalu.

Linguiscinus, ferrum. Lege lignicinus. Cerd.

Lintēūs, Apollinis & Terpichores filius, sive, ut quidam malunt, Metenrij & Utaniae Musæ, lyra peritissimus, ut qui discipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro &

cithara

cithara occisum ferunt, quum eum rusticius canentem nimis pertulerat corripuisse. ¶ Ein herlicher Musicus bey den Griechen. ¶ Virg. Eclog. 4.

*Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,  
Nec Linus: huic mater quamvis atque huic pater adsit,  
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.*

¶ Fuit autem te vera Linus Poëta antiquissimus, qui fertur primus à Phœnicio ad Græcos literas attulisse. Hermodotus verò Platonicus lib. 1. disciplinatum, dicit hunc Mercurij ex Musa Utaniam filium, Thebis genitum, scripsisseque de mundi generatione: item de Solis & Lunæ cursu, animaliumque, & fructuum generatione. In principio sui operis omnia simul nata dixit, quem sequutus est Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, sagitta ab Apolline transfixus. ¶ Alius fuit Linus Hypermnestra maritus, Ægistichi filius, quem tamen Ovid. in Epist. Heroidum, Lynceum appellat, non Linum.

Lio, as, are, ligo, Tertull.

Liostrum, λιοστρον, λιον ὄστρον, ostreum leve, non scabrum, Turn.

Lipar, piscis marinus. Rondel.

Lipātā, λιπάτη, vulgo Lipara, insula una ex Æoliis, à Liparo rege, Iasonis regis filio, cui successit Æolus: quum antea Meligunis vocaretur, teste Plin. lib. 3. cap. 9. ¶ Est etiam medicamenti pinguis & lenis nomen, ut ait Celsus. Plin. lib. 33. cap. 6. Addunt & in medimenta quæ vocant Lipatas, ad excrescentias ulcerum.

Lipārē, idem. Claud. 5. Paneg.

*Ignifluis genuit Lipare sumosa cavernis.*

Lipārēus, a. um, adj.ct. λιπαρεῖος.

Liparo, Sicilia Tyrannus. Plaut. Menach. sc. 4. a. 2.

Lipāris, λιπαρης, Cilicia fluvius. διπλός λιπαρης, quoniam, ut scribit Vitruvius, natantes in hoc flumine, aut se lavantes, non aliter unguntur aqua, quam si oleo, aut adipe lavarentur. ¶ Est quoque piscis quidam ex genere lacertorum, teste Plin. lib. 31. c. 11. ¶ Est & gemmæ nomen, quæ suffita bestias omnes evocat. Idem lib. 37. cap. 10.

Lipodarium, reliquiarium. L. gr. b.

Lipodermus, λιποδέρμος, cui preputium deest ex morbo, vel sectione; aut ita contractum est, ut glandem amplius tegere non possit.

Lipōpsychiā, λιποψυχία, vox Græca est, Latinè sonans animi defectiōnem, vel animi deliquium: quæ & συγγρων dicitur.

Lipōthymia, λιποθυμία, Latinè defectus animi, sive animæ, quæ & Lipopsychia dicitur.

Lippūs, i. item Lipus, à λιπώ. i. e. humor pinguis. Qui oculis est lacrymantibus, putri inde humore defluente. ¶ λιπων. GAL. Chassieux, à qui les yeux pleurent. ITAL. Lippo. GERM. Ein triessaug HISP. Laganozo. ANGL. Bleared. ¶ Num tibi Lippus videor? quia non credis me Ulyssem) Plaut. Mil. sc. 3. a. 2. Idem in Mil. Cubare in navi lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit. ¶ Lippus aliquando, pro homine vili & nullius momenti. Persius Satyr. 5.

*hic dama est non tressis agaso,*

Vappa, & lippes, & in tenui farragine mendax.

¶ Lippa fucus dicta, vel quod succus foliorum ejus lacteus lippis prodest, vel quod dum folia & ramuli truncantur, succum lacrymosum emitat. Martial. lib. 7. epigr. 18.

*Et lippa fucus, debilitaque boletus.*

Lippitudo, inis, Ipsum oculorum lacrymantium vitium. ¶ λιπων. GAL. Mal des yeux quand ils pleurent & sont chassieux. ITAL. Il lacrymar de gli occhi offesi. GERM. Augentriessung / das augen rinnen. HISP. Aquella dolencia de los ojos. ANGL. Blearedness. ¶ Corn. Celsus, Si frons prurit, lippitudinis metus est. Cic. ad Attic. sed dictavi propter lippitudinem.

Lippio, is, ui, itum, Lippus sio, hoc est, marcorem in oculis contraho. ¶ λιπων. GAL. Estre ou devenir chassieux, avoir les yeux chassieux. ITAL. Divenir lippo. GERM. Trieffend/oder stießige augen haben. HISP. Ser laganozo. ANGL. Tod be bleared. ¶ Plin. lib. 18. Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui quum pedes lavant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. ad Attic. lib. 7. Quum leviter lippitem, has literas dedi. Plaut. in Curc. ad fauces transtulit, proprie parum: Os amarum habeo, dentes plenos, lippint fauces fame: Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus.

Lippitur, impersonale Plin. lib. 18. cap. 8. Aut ne omnino lippatur de coctum cum mellis Attici cyathis tribus, & crocia uncia.

Lipsānā. ¶ στριγάνη scheerith. λιπων. ¶ multitudinis numero, Reliquæ quæ ex tota re supersunt. Vip. Si animal legatum occiderit, puto teneri, non ut carnes praestet, vel cætera λιπων, id est cornua, corium, &c.

Lipsia, utbs Misnia, Academiâ & emporio celebris.

Liptōrē, A quibusdam recentiorum Grammaticorum vocatur figura, quando vis verborum rei magnitudini non respondet. Ut apud Virgil. 1. Æneid.

*Non ignara mali miseris succurrere disco.*

Ubi, Non ignara mali, dixit pro eo, quod est, in malis magnoperè exercitata. Originem autem hujus dictiōnis referunt ad verbum λιπων, quod est deficitio, eò quod ejusmodi orationibus vis quædam verborum deesse videatur. In antiquissimis tamen servy aliorūque commentariis manuscriptis, non Liptote legitur, sed Litores λιπων, quæ vox Græcis inter cætera tenuitatem significat, & simplicitatem. Hinc sit, ut credam recentiorum quorundam Grammaticorum inscritiâ factum esse, ut figura quam vetustiores λιπων, nominarunt, Liptote exceptit appellari.

Lipyria febris, λιπωνεις νυξ, quæ & λιπωνεις νυξ, & fœminino genere λιπων Hippocrati.

Liquāmēn, Liqueo, Liquesco, Liquesio, vide Liquo, as, in Liquor.

Liquēntia, vide Liqueria.

Liquēt, impersonale, vide post Liquor, eris.

Liquētia, sive (ut quidam scribunt) Liquentia, Fluvius est Iapidiæ in

in finibus Venetiæ ex Opiterginis montibus nascens, teste Plin. lib. 3. c. 8. Vulgò Livenza. Virg. 1. Æneid.

Quales aëria Liquentia flumina circum  
Srue Padi ripis, Athesim seu propriæ amoenum  
Consurgunt gemina querqus.

Quo tamen in loco nonnulli Liquentia legere malunt: & Liquentia flumina eadem ratione dicta existimant, qua alibi: & Fluvios liquentes. & Campos liquentes, & Mella liquentia perpetuo epitheto Poëta appellavit.

LiQUOR, eris, tertiae conjugationis absque præterito & supino, Resolvor, defuso, distillo, liquefio, liquefco. ¶ δωδαναμάς πῶς νάμακ. τηρημα, θρησκευ. GAL. Se fondre, couler. ITAL. Essere liquefatto. GERM. Derschmelzen / zerfließen. HISP. Derretirse. ANGL. Tobe melted. ¶ Producit autem hoc verbum primam syllabam, quæ in verbis liquo, liquefco, liquefio, & in nomine liquor corripitur. Lucanus lib. 9.

— femorum quoque musculus omnis  
Liquitur & nigra distillant inguina tabe.

Liquidus autem indifferenter apud Lucretium ponitur, eo quod tam à liquor fieri possit, quam à liqueo.

Crassaque (inquit) convenient liquidis & liquida crassis.

Liquidus, a. um, Molle, fluxum, humidum, fluidum, ¶ δωδα ναμάς πῶς νάμακ. νέρας. GAL. Liquide, fondu. ITAL. Liquido. GERM. Flüssig / roych. HISP. Humido. ANGL. Soft, liquide, melted. ¶ Plaut, Milite, Liquidius cultiusque quam ventus est Favonius. Liquidus venter dicitur à Martiale lib. 13. qui est fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. ¶ τηρημα τηνω ταῦτα. νερας. GAL. Clair, pur, sans lie. ITAL. Puro + chiaro. GERM. Klaer/ sauter/heiter. HISP. Puro, claro, y sin hess. ANGL. Pure, cleane, cleare. ¶ Virg. 6. Æneid.

— liquidumque per aëra lapsa.

Idem lib. 4. Georg.

Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum

Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.

id est, defæcata, & sine sordidus. Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 1. Liquido es animo, (id est, tranquillo & defæcato.) Liquida luce. Liv. lib. 2. bell, Pun. Liquido pro sereno. Sueton. Augu. cap. 45. Ad liquidum explorata veritas. Liv. lib. 5. d. 4.

— per liquidum volucris vehar aëra pennis.

Splendidior liquidis cum sol caput extulit undu.

Tibull. lib. 4.

— Liquido testa sit apta mero.

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Ad liquidum & confessum deducere. Quintilian. Item Velleius & Qu. Curtius. ¶ Aliquando pro prospéro, sive optimo, Plaut. in Pseud. A vi sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia confidentia est, Inimicos me posse perdere. ¶ Liquidus animus & tranquillus, Idem Epid. Quid pater meus, vivus est? E. animo liquido & tranquillo es, tace. Sic, mente liquidavide aliiquid. Catull. de Berecynthia. ¶ Liquida litera, q, quia uida est & mollis, velut liquefcat pronuntiatione. ¶ Liquidum auspiciū est, cùm sereno putoque cælo certum nec dubium auspiciū ostenditur.

Liquidum, i. Pro aqua usurpat Horat. 1. Serm. Satyr. 1.

Ut tibi si sit opus liquidū non amplius urna,

Vel cyathos, & dicas, Magno de flumine mallem:

Liquidus, as, λιπων Gloss. id est, clarum facio.

Liquidus, Purè, manifestè, certò, omnino. ¶ λιπων. GAL. Liquident, clairement, manifestement. ITAL. Puramente, chiaramente. GERM. Klaerlich / ganz heiter. HISP. Claramente, manifestamente. ANGL. Clearlie, plainelie. ¶ Terent. in Andr. Quia si forte opus sit ad herum jurandum mihi non apposuisse, ut liquidò possum, Cicer. ad Catonem lib. 15. Gratissimum est te libenter amicitia dedisse quod liquidò veritati dares. Liquidò dicere, id est, aperte. Idem 4. Verr. Nemo esset, quin hoc se audisse liquidò diceret. Liquidò jurare, i. verè.

Liquidē, liquidius, liquidissimē. Liquidē serenum cœlum. Gell. cap. 21. lib. 2. Hæc non liquidē consistunt. Idem cap. 1. lib. 14. Idem quod liquidò. Cic. ad Planc. lib. 10. Liquidius de toto sensu tuō judicavi, hoc est, apertiū, certiū, ac faciliū.

Liquentiū. Adverb. liquidius. Gell. lib. 18. cap. 5. Sed ut purè liquentiūque esset.

Liquiditas, atis, λιπων. Apul. lib. 6. de Mundo: Supernis omnibus, ut videri potest, aëris liquiditate, ad modum tegminis septis & operis.

Liquis, vel liquus, Scal. ad Fest. Vetus autor loquens de figuris & lineamentis: Omnem autem summitatē metiendi observationes sunt duæ; enormis, & liquis. Enormis, quæ in omnem actum rectis angulis continetur: Liquis, minuendi laboris causā, & salvā rectorum ratione angulorum, secundū ipsam extremitatem subtenditur.

Liquor, is, masc. gen. Humor liquidus. ¶ λιπων. GAL. Liqueur, humeur coulant. ITAL. Liquore. GERM. Allesley feuchte so da fleucht / als wasser/wein/saft / &c. HISP. Licor de lo que coula. ANGL. Liquour. ¶ Plin. lib. 10. cap. 52. Piscium ova ex liquore mollia. Cic. 1. de nat. deor. Aquæ admistum esse calorem primum ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. Virg. 3. Georg.

Rursus abundabat fluidus liquor, omniisque in se

Offa minutatim morbo collapsa trahebat.

Pellucidi amnum liquoris. Cic. 1. de natur. deor. Vitigeni liquoris latex. Lucret. lib. 5. ¶ Liquor pro molloidine & teneritate quadam. Martialis.

Et placido fulget virius in ore liquor.

Sic in vetustis exemplaribus. Arnobius, Liber membris cum molibus, & liquoris fœminei dissolutissimus laxitate. Invergere in meli quores tuos sine & liber patet. Plaut. Cura. sc. 1. a. 1.

Fontibus ut dulces erumpat terra liquoris.

Tibull. 4.

Liquēo.

Liquēo, es, liqui, liquere, à līx & aquā, ut à lāx, laqueus, lacio. Liquidum & fluidum esse. { δύα νάμες ποδαρίας ναμάκ. ἀγριός. GAL. S'amollir, se fondre. ITAL. Liquescere. GERM. Weych vnd fliessig sein/zerstiesen. HISP. Derretir. ANGL. To melt or to be melted. } Vnde liquens, homen ex participio, idem significans quod liquidus. Virg. 6. Aeneid.

Principio cœlum & terras, campōsque liquefiantes  
Spiritus intus alit.

Ubi campos liquefiantes dixit pro mari. Hinc sunt composita, Colliqueo, & deliqueo, à quibus rūsus sunt augmentativa Colliqueo, & deliquesco: quorum significata vide suis locis.

Liqueficio, is, Liquidus, fluidusque sio, mollesco, resolvor, dissolvor. X. Concrefco. { δύα νάμες ποδαρίας ναμάκ. ἀγριός. GAL. Devenir liquide, s'amollir, se fondre. ITAL. Liquescere, & amollir. GERM. Weych werden/ansahen schmelzen/zergehen. HISP. Derretir. ANGL. To be ready or about to melt. } Virg. 8. Eclog.

Limus ut hic durescit, & hac ut cera liqueficit.

Idem 8. Aeneid.

Vulnificōsque chalybs vasta fornace liqueficit.

Vbi Servius, Liquescit, propriè dixit: nam ferrum non solvit, sed mollescit. Liquescere voluptate, & fluere mollitia, est mollem esse, & voluptati deditum. Cic. 2. Tuscul. Opinio est enim quædam esse effeminata & levis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate: qua quum liqueficiamus, fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liv. 1. bell. Pun. Ut verò tot hominum jumentorumque incelsu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentemque labem liquefientis nivis ingrediebatur. Liquescere, pro colari & delabi, quod quæ liquida sunt, sic diffluere solent. Vitruvius lib. 8. Rubro faxo & copiose & bonæ, si non per intervenia dilabuntur & liquefiant, i.e. diffluant transcolenturque ac disperdantur, nempe aquæ.

Liquo, as, Liquidum facio, liquefacio, quum scilicet aurum, vel plumbum igni dissolvimus. { δύα νάμες ποδαρίας ναμάκ. ἀγριός. GAL. Fondre, amollir, espraindre & tirer le jus. ITAL. Liquesfare. GERM. Schmelzen/zerlassen. HISP. Derretir. ANGL. To melt, or mak to melt. } Lucanus lib. 7.

Ereptaque tela liquavit.

Cicer. 2. Tuscul. Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt guttae, Ovid. 4. Faſtor.

Nec pigrat tritum niveo cum laetiæ papaver  
Sumere, & expressis mella liquata savoris.

Liquare alvum. Cels. lib. 4. cap. 4. Liquanda alvus interdum etiam ducenda. Alvus liquida, fluida & libera, non astricta. Ucta alvus, quæ liberius fluit quam natura patiatur, ac multum soluta. Quint. Tempore & annis liquata ( id est, scripta ) defaberunt. Liquata vox, quæ liquido exit gutture. Turn. Hujus composita sunt, Deliquo, & eliquo.

Liquamēn, inis. { τὸ χυλίσμα, τὸ ιγχύλισμα, ὁ χύλος. GAL. Graisse, sein on autre chose fondu. ITAL. Grasso ò se ò colato. GERM. Etwas das gescheh melzt oder zerlassen ist/als schmalz/seifste/&c. HISP. La mantea de cosa derretida. ANGL. Dripping tryed suet molten. } Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in usum coquinarium servata ad conditios cibos. De aliis etiam dici potest, quibus non vescimur. Est etiam genus condimenti liquidi, ex putrefactis piscium intestinis confectionum, & in usum coquinarium servatum ad conditios cibos: γάρ πον. Columell. lib. 7. cap. 4. Succus excocti lupini, veteris vini fæx & amurea pari mensura miscentur, eoque liquamine tonsa ovis imbuitur. Idem lib. 6. cap. 2. Libralésque ossas in præsulsa adipis liquamine tinatas lingula demittito.

Liquaminarius, γάρ πον. Gloss. id est, qui liquamen vendit.

Liquabilis, qui liquefere potest, merito. Apuleius in Apologia. Virgilius ( ad Magium ) enumerat laurum fragilem, linum durabilem, ceram liquabilem.

Liquefacio, is, Liquidum & fluidum facio, admoto ignis, vel Solis calore: à quo liqueficio, ejusdem cum liqueficio significacionis. { δύα νάμες ποδαρίας ναμάκ. ἀγριός, κατένα. GAL. Fare fondre ou amollir. ITAL. Liquesfare, far liquido. GERM. Fliessig machen/zerlassen/schmelzen. HISP. Derretir. ANGL. To melt or mak to melt. } Cels. in Catil. Et statua veterum hominum dejectæ, & legum æra liquefacta. Virg. 1. Georg.

Flammariorumque globos, liquefactaque volvere saxa,  
id est, igne soluta, ut inquit Servius. Hujus verbi composita sunt, Alliquefacio, & colliquefacio: quorum significata vide suis locis.

Liqueficio, fis. Fundot, liqueficio, dissolvor. { δύα νάμες ποδαρίας ναμάκ. ἀγριός, μηκόν. GAL. Devenir liquide, se fondre. ITAL. Divenir liquido. GERM. Zerschmelzen/zerschmelzt werden. HISP. Derretir. ANGL. To be dissolved, he to melt. } Cic. 1. de nat. deor. Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi. Idem in Catil. Quum & legum æra liquefacta sint.

Liquus. Vide Liquis.

Liquit, impersonale. Constat, sive manifestum & certum est: quoniam quæ resolvuntur, certa, constantia, & manifesta fiunt. { σαφής, διαλογιστής. GAL. Il apert, il est manifest. ITAL. E manifesto. GERM. Es ist offenbar, es liegt heiter am tag. HISP. Es manifiesto. ANGL. It is plaine or manifest. } Terent. in Eunuch. Illum liquet mihi dejerare his mensibus sex non vidisse proximis. Nisi nunc quum minimè vellem. Cic. 1. de nat. deor. Nec verò Protagoras, qui se se negat omnino de diis habere quod liqueat, sint, non sint, qualisve sint, quicquam videtur de natura deorum suspicari. Liquet inter nos, id est, compertum & certum habemus. Idem ibid. Sed quod in nos liqueat, nec tu quidem intelligis. Non liquere sibi de causa, dicebant Iudices, quando non satis sibi constabat, condemnandisne esset reus, an absolvendus: neque commode poterant judicare, nisi causa denuò diceretur. Quum itaque illud significare volebant, sibi de causa non constare, reumque esse ampliandum, inscribabant in illis tabellis quæ ad colligenda suffragia judicibus dari solebant, duas hasce literas, N. L. II-

Ie enim erant notæ ampliationis, quemadmodum, a. absolutionis, & C. condemnationis. Quod si collectis suffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inscriptam, tunc Prætor, aut is qui judicio præterat, Judicibus de causa non liquere, reumque ampliandum videri pronuntiabat: hoc est, causam denuò esse dicendam, & reum in aliud tempus rejiciendum. Ulpian. de arbitr. l. idem Pomponius. Proinde si forte urgeatur à Prætore ad sententiam arbitri, æquissimum erit, si juret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dati. Gell. lib. 1. 3. Ut absolverem tamen, inducere in animum non quivi, propterea juravi. Non liquere, atque ita judicatu illo solitus sum. Quicquid ambiguum in animo fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est. Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. Ut liqueant omnia & tranquilla sint. Idem Most. sc. 1. a. 1.

Liques hoc carissima nobis,

Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Quod mágis ut liqueat, né ve hoc ego fingere credar;

Idem Eleg. 11. lib. 3. Trist.

Quod precor esse liqueat;

Idem Eleg. 7. lib. 4. Trist.

LIRĀ, x, Sulcū significat, sive fossam rectam in agro, teste Nonio, in quam terra uligo confluit. { סְלֵה תֶּלֶם גַּתְיָהּ mahaniyah תַּלְמָהּ ghe-ablah. אַלְמָהּ. GAL. Seillon, terre élevée entre deux seillons, ou rayons. ITAL. Solco, ò elevatura di terra tra due solchi. GERM. Ein wasserstrich eines ackers/dardurch das rägenwasser aufshin gleyket roit. HISP. La tierra entre dos sulcos emelga. ANGL. Aridge bei roene two furrows. Columnella tamen liras easdem videtur facere cum porcis, hoc est, editores terræ cumulos inter duos sulcos interceptos. Sic enim scribit lib. 12. cap. 2. Liras rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccum sedem frumentis præbeat. Idem lib. 11. c. 3. Est autem lira similis ci porcæ quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent. Liræ, nugæ. Plaut. Pœn. sc. 1. a. 1. Nam tuæ blanditiae mihi sunt, quod dici solet, Gerræ germanæ, atque edepol, liræ, liræ. Aliter scribunt Lyra, etiam lyra. Meursius autem scribit liræ, liræ, & docet esse ipsum Græcanicum λύραι, & manasse ad Italos ex magna Græcia; & hinc esse lirare, pro inepite, & delirare.

Lirātē, ξελανας εἰλανα, αὐλαζ. Διλεγία. GAL. Faire seillons en une terre labourée. ITAL. Far tali elevatione tra solchi. GERM. Wasser furthen machen. item, Eggen. HISP. Emelgar lo arado ò sembrado. ANGL. To make ridges. } Est liras facere, ut in sulcos porcis aqua defluat: quod fieri solet tertia aratione, jacto jam semine. Solebant enim antiqui, teste Varr. de re rustica, lib. 1. c. 1. & cap. 19. tres facere arationes. Primò enim arabatur tetra, idque vocabant proscindere. Deinde secunda aratione excitata grandiores glebae frangebantur, quod vocabant offringere. Tertia aratione, jacto semine, boves lirare dicuntur, quum tabellis ad vomerem additis, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas quod pluvia aqua dilabatur. Plin. lib. 18. cap. 10. Aratione per transversum iterata, occasio sequitur, ubi res poscit, crate, vel rastro, & sato semine iteratio, hoc quoque ubi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina: unde primum appellata deliratio est. Lirare quoque, confodere aliquando significat, per quandam similitudinem. Pom. Jamne abierunt? Jamne obtundunt? Jamne ego sum in tuto satis? num quis hic resistit, qui nondum labias litrat mihi, id est, confoderit, ex Nonio, cap. 1. num. 62.

Lirātim, adverbium, Per liras. { κατὰ εὐλαζας. GAL. Par seillons. ITAL. A solo à solo. GERM. Den furchen nach. HISP. De emelga en emelga. ANGL. By ridges. } Columnella. Exque quum sint divisæ litatim seri debent.

Lirinus, a, um, λιλιάτης. liliaceus, è lilio factus, vel lilio similis. Lirimiris, λιριμίρις. Oppidi nomen in tractu magis Septentrionali Germania. Ptolem. lib. 1. cap. 1. { Lübeck. }

Liriopē, λιριόπη Nympha marina. Oceanii & Tethyos filia, ex qua Cephisus amnis Narcissum puerum formosissimum suscepit. Ovid. lib. 3. Metamorph.

Carula Liriope, quam quondam flumine curvo

Implicitu, &c.

Litnum unguentum, vide Lilium.

Liriippium, vox barbara, Kilian. in Dict. Belgicol. est superhumeralis. Liris, λιρις. Fluvius Campaniæ, sive Latij novi per Minturnarum ruiinas in sinum Caietanum illabens, non procul à Formis. { Ein fluß in Campanien. } Alio nomine Glanicus dicitur, teste Plin. lib. 5. cap. 5. Itali hodie il Garigliano appellant.

Lirnytea, λιρνύτεια, urbs Pamphilia, Steph.

Lis, itis, à fisto: fuit enim fistitis, postea fistis, tum litis, & denique lis. Alij dicunt à limite: alij ab iæs, quod antiqui dixerint elis, postea lu. Controversia: à limite dicta, quod primæ inter homines lites de limitibus fuerint. { בְּרִית מִשְׁמָךְ mastah. δικαίωσις. GAL. Noise, debat, procez. ITAL. Piato, lito, controversia. GERM. Ein ganz oder spann. HISP. Lid, ò pleyo, ò contencion. ANGL. Stryfe, contencion, debate. } Lis & Jurgium sic differunt, teste Nonio. levior enim dissensio, vel discordia inter benevolos, aut propinquos, jurgium dicitur; gravior disceptatio, inter inimicos, lis. Cic. de Rep. 4. Si jurgant, benevolorum concertatio est; nam lis inimicorum, non jurgium dicitur. Et pauci tñl, urgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Ovid. 6. Fast.

Dixit & in item ludi certaminis issent, Litum pleni, pleni, rapaces. Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Litis instrumentum à Quintiliano pro ipsis actis, quæ p-oductiones vocamus. Dicimus eleganter, item habere cum aliquo, item alicui intendere, item capitum in aliquem inserre. Fac illi turbas, lites. Plaut. Asin. sc. 3. a. 4. Item dare contra aliquem, vel secundum illum judicare. Gell. 10. lib. 5. Qui pugnam expectat, lites contrahit. Plaut. Capt. prolog. Litem suam facere, id est, lites causam suscipere, & tanquam seam defendere. Item autem suam faciebat judec, non solum qui male judicabat, sed etiam qui, qua judicare hora debebat, ad comitium non veniebat.

veniebat. Curtius ad Macrob. Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant: dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant. Judex, inquit Ulp. in tit. de judic. leg. 15. §. 1. tunc litem suam facere intelligitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Litem meam facere adversus eum absens non lui, Gell. cap. 1. lib. 10. Litem meam ego faciam, Senec. cap. 2. al. 21. de consol. ad Polyb. Cicer. lib. 2. de Orat. & Gell. lib. 9. Judex autem dicitur litem suam facere, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur si evidens arguat ejus gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes, ut veram estimationem litis praestare cogatur. Ulpian. in l. si filius fam. ff. de judicis. Litis nomen (ut vult idem Ulpian.) actionem significat, sive in rem, sive in personam sit. Litem perdere, id est, ejus rei causam, de qua agebatur, dimittere. Lite cadere, est ejus rei, de qua agitur, causam amittere. id quod saepe Cicer. dixit, causa cadere. Litem in rem suam vertere, Liv. 3. ab Urbe, id est, rem inter duos controversam adjudicare sibi: quod sit quum judex ita cum litigioribus agit, ut jure suo cedant. ¶ Litis contestatio, est hinc inde apud judicem negotij principalis facta narratio. Oritur enim litis contestatio ex petitione actoris, & exceptione rei. Litem contestari, Gell. cap. 10. lib. 5. Litem pro Discrepancia & confusione quaruncunque rerum, etiam animatarum, posuit Ovid. i. Metam.

quia corpore in uno

Frigida pugnabant calidus, humentia fuccis:  
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Hanc Deus & litem melior natura diremit.

¶ Litem inter se jungere. Ulp. D. lib. 44. tit. 6. l. 1. §. 1. Et quod fieri potest, ut duo in necem ejus litem inter se jungant, qui cum ipso litigare non poterant.

Litigo, as. Difcepto, Contendo, sive id in foro sit, sive extra forum. ¶ rat. Πόντονη δικασία. αὐτοφύεστα, ἵχησθαι, διηγέρειν, ἀλεξίσθαι. GAL. Avoir noise, debat, different, ou procez contre quelqu'un, plaider. ITAL. Litigare, far lite. GERM. Sancten / spennig sein. HISP. Pleyear o contendere. ANGL. To strive, to beate to be at variante. ¶ Cic. pro Celio, Aliquot enim in causis videram cum frustra litigantem. Martial. lib. 7.

Ah miser & demens viginti litigat annos.

Quisquam, cui vincet Gargiliane licet?

Plaut. in Rad. Qua de re nunc litigatis inter vos? Cic. ad Attic. Hiricius cum Quinto acerrime pro me litigavit. Idem Qu. Frat. Litigarem tecum si fas esset. Ut decumbamus, suadebo dum hi litigant. (i. rixantur.) Plaut. Asin. sc. 2. a. 5.

Litigium. ij. Litis actio. ¶ רְבָבַת לִיטָגִיָּה. αὐτοφύεστος, ἔργον. GAL. Noise, debat, procez. ITAL. Lite, pianto, controversia. GERM. Ein rechts-handel eines spans halben. HISP. La lid, pleyto o contencion. ANGL. Styving, debate, controversy in woordes. ¶ Plaut. in Casina, sc. 2. a. 1. Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos? Idem Menach. sc. 2. a. 5. Litigium tibi est cum uxore. Ecce autem litigium (inter virum, & uxorem) Idem ibidem. Novi te hominem molestum, quive emas litigium. Idem Amphitr. Plin. lib. 37. cap. 10. Siderites ferro simili, & litigio illata discordias facit.

Litigiosus, a. um, qui frequens in litibus versatur, vel quavis de causa litem movet. ¶ φιλόδικος, δύστης, ἐγκληματίης, αὐτοφύεστος. GAL. Noisier, litigieux, plaidereau, contentieux. ITAL. Litigioso. GERM. Sanctisch / spannig. Der gern rechitet. HISP. Pleyteador, contencioso. ANGL. Full of strife or contention, a vorangler. ¶ Cicer. in Verr. Hominem id aetatis minimè litigiosum, quam tumultuosissime aggrediuntur. Idem pro Murana. Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, unde petebantur? Litigiosa disputatio, Idem 5. de finib. Fora litigiosa, plena litibus, Ovid. 4. Fastor. Interdum litigiosum, idem est quod controversum; hoc est, de quo lis est & controversia, αὐτοφύεστος, ut Litigiosum prædium, apud Cic. de Orat. Litigiosus ager, apud Ovid. 2. Fastor.

Litigator, qui litigat. ¶ ὁ δικαζων, ὁ δικαιολογούμενος, ὁ αὐτοφύεστος. GAL. Plaideur, faiseur de noises, & debat, chicaneur. ITAL. Chialite, litigante. GERM. Ein zancker / der ein handel am rechten hatt / oder fürt. HISP. Pleyteador, contendedor. ANGL. Astiriver, à suiter in the-loro. ¶ Cic. pro domo sua, Emit domum litigioribus defatigatis propè dimidio carius quam aestimabat.

Lissa, γραψῆδες. Cels. lib. 4. cap. 1. Sunt autem lisæ, teste Donato, venæ majores gutturis, quibus inter se animal confessim emoritur. Unde elisum dicitur, quicquid ex tali causa mortuum est.

Lismora, Lismor, V.E. Hibernæ, sub A. Cassiliensi.

Lissa, Λίσσα, insula est maris Adriatici, contra Jader. Plin. lib. 3. cap. ultimum.

Lissus, Λίσσα. Fluvius Thraciæ, inter Masambriam Samothraëcum & Strymam Thasiotum in mare illabens, quem Græci scriptores inter eos annumerant, quos à Xerxis exercitu exsiccatos tradunt. Autor Herod. lib. 6. ¶ Lissus item oppidum est in finibus Dalmatiæ, Macedoniae contiguum, non procul à Nymphaeo promontorio Plin. lib. 3. cap. 22. & Ptolem. lib. 2. cap. ult. Lucanus lib. 3.

Praterunt frustra tanti littora Lissi,

Nymphaeumque tenent.

Lista, linea. Gloss.

Lista, ora & limbis; quidam lineam esse aiunt, unde sublestus.

Lista defundato, est auro texta, aut picta acu.

Litaniæ. ¶ παντονα τεχνάνη τεχνήν. λιτανεία. ¶ supplicatio: à verbo Græco λιτανεῖα, quod significat supplicare, & vota suscipere. Vulgus ineptè vocat Letaniæ. Vid. Rhod. lib. 5. cap. 3.

Literæ, x, quamvis ratione etymologicæ primam videatur debere cortipere (creditur enim litera dista, quasi litera) ubique tamen apud veteres Poëtas eandem prodixit. Alij tamen veram literæ appellationem ex figura emergere arbitrantur, cum eas certis lineis contineri videant, ut que ptinum lineaturæ dicerentur, postea literæ dictæ sint. ¶ γέμυς. GAL. Lettre. ITAL. Lettera. GERM.

Ein buchstab. HIS. Letra. ANGL. A letter. ¶ Superflua itaque anxiety corum potest videri, qui primam hujus dictiōnis syllabam producere non audent, nisi geminata consonante: insignis autem illorum temeritas, qui eam nullo veterum exemplo corripiunt, frivolare atque incerto etymo freti, ab unanimi veterum omnium consensu non dubitant discedere. Propriè autem litteræ dicuntur, minimæ atque individuae partes orationis, ex quibus constituuntur syllabæ, & tam singulari quam plurali numero elementum significat, videlicet A. B. &c. CIC. pro Sylla. Literæ posteritatis causa repertæ sunt. Quint. lib. 1. c. 4. Ut pro Fundanio Cicerone testem, qui primam ejus literam dicere non posset, irridet. Cicero 4. Verr. Huic etiam Romæ videmus in basi statuarum maximis literis incisum, à communī Sicilia datas. ¶ Dicitur autem Litera, quasi legitera, ut quibusdam placet, eo quod legenti præbeat iter: vel quod in legendō iteretur, ut ait Servius; vel à litteris, quod scripta deleri possit: in ceratis enim tabulis antiqui plerunque scribere solebant, & deinde delebant. Alij à verbo lino deducunt, quod in scribendo atramentum illinitur, hoc est, leviter inducitur chartæ. ¶ Ali quando Litera capitū pro scribentis manu. Cicer. ad Attic. Nam Alexidis manum amabam, quod tam propè accedebat ad similitudinem tuæ litteræ. ¶ Plurali numero litteræ epistolam designant. ¶ Τὸ σέφηρ, γέμυς. GAL. Lettres missives, epistre. ITAL. Lettere. GER. Brief. sendbriff. HIS. La letra, carta mensagera. ¶ Apud Poëtas tamen legitur Litera in singulari, pro epistola, γέμυς quoque à Græcis. Ovid. in epist.

Quam legis ab rapta Briseide litera venit.

Ignari etiam servilium literarum, Senec. cap. 9. de tranquill. Ovid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.

Litera sermonis fida ministra mei,  
Seu per scriptas literas, seu per internuntium abire, &c. Plaut. Pro Amph. Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist.

Non fuit arbitrij litera nostra tui.

Literas facere super re aliqua, (i. scribere.) Gell. cap. 15. lib. 6. & Plaut. Asin. sc. 1. a. 4. Salutem mittit per ceram & linum, literasque interpres. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Ut literarum harum sermonem audio. Expoliunt liberos, docent literas. Idem Mosell. sc. 2. a. 1.

¶ Litera pro Musa,

Non tamen ut lusit, rursus mea litera ludet,  
Ovid. Eleg. 1. lib. 5. Trist. &c. Item ad literam locum dicere. Senec. Epist. 676. Literas scisse Ciceronem negabat, ibid. ¶ Vocantur præterea Literæ, λέπαι disciplinæ, qui literarum monumentis continentur. Plaut. in Tricul. Literas didicisti, sine aliis discere. Hinc, Dare literis operam dicimus, hoc est incumbere ingenuis artibus, quæ literis consignatae sunt. ¶ Literæ exolescentes, id est, fugientes Ciceroni; caducæ, Plinio. ¶ Literæ laureatæ, i. literæ victrices, Ciceronis in epist. ad Atticum. ¶ Literis tintitus, vide Tingo. Ad literam, idem quod ad verbum. Quintil. lib. 9. cap. 1. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subjici. ¶ Ali quando usurpatur pro scriptura. Cicer. in Verr. aet. 3. ut Romam rediit, nullam literam pupillo, nullam matri ejus, nullam tutoribus reddidit, id est, schedulam nullam scripsit, quâ testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, &c. ¶ Ne literam quidem, pio nihil scripsit, nullas literas misit. Cic. Caninio lib. 2. Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit, id est, tantum abest, ut ad me literas miserit, ut ne literam quidem miserit. Literas attingere, est ipsas tractare, seu versari in studiis literarum. ¶ Literæ interiores, sunt abstusiores, altib[re]sque disciplinæ. ¶ Literæ publicæ sunt, quæ barbari registra vocant. Refere aliquid in literas publicas, est quod barbari Inregistra dicunt. ¶ Literæ, pro Edicto & mandato Magistratus. Cic. 7. Verr. Cedo mihi ejusdem Prætoris literas, & rerum decretarum, & frumenti imperi. Budæus. ¶ Apud Ciceronem pro scriptis & monumentis literarum, ad Attic. Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude eset perstrictus: id est, meis omnibus scriptis. ¶ Literam longam facere, pro, laqueo vitam finire, quod laqueus similitudinem literæ habeat. Plaut. Aulul. sc. 2. a. 3. Nihil est melius quam ex me unam faciam literam longam, laqueo collum quanc' obstrinxero. ¶ Literas nescire, pro nescire pingere, ac scribere. ¶ Trium literarum homo, id est, Fur, Apud eundem Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. Tu trium literarum homo vituperas me?

Literula, diminut. ¶ γεμυάλος. GAL. Petite lettre. ITAL. Picciola lettera. ANGL. A little letter. ¶ Cicer. ad Tironem lib. 16. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis. ¶ In numero plurali pro exigua epistola. Idem ad Attic. lib. 14. Etsi novin hil, nostro more tamen ne patiamur intermixti literulas. ¶ Ali quando eodem numero, pro disciplinis, aut earum studiis, Idem ad Tironem lib. 16. Literulae meæ, siue nostræ tui desiderio oblanguerunt.

Literatus, qui literis prædictus est, literis ornatus, eruditus, doctus. ¶ φιλολογῶν, ὁ λόγου ἀριστής. GAL. Lettré & savant. ITAL. Literato, dotto. GERM. Gelehrte. HISP. Letrado, hombre de letras. ANGL. Learned, cunning. ¶ Cicer. in Verr. a. 5. Circumpedes autem homines formosos, & literatos, suos esse dicebat, se emissi. Idem Famil. lib. 9. ad Pet. Frater tuus, quem literatissimum fuisse judico, facile dicaret. Hic versus Plauti non est, hic est. ¶ Literatus etiam dicitur, cui aliquid insculptum est, & superscriptum. Plautus in Paenulo. Haud secus tu videoas literatas ibi epulas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus. Cicer. 5. Tuscul. Quid est enim dulciss otio literato? hujus contrarium est, Illiteratus: de quo suo loco. ¶ Literatus, diminutivum est.

Literati, comparativus. Senec. quest. nas. lib. 4. cap. 13. Quid istas inquis inepias, quibus nec literatior fit quisquam, nec melior, tam operose persequeris?

Literatè, adverbium. Doctè, eruditè, eleganter. ¶ γεμυατικῶς. GAL. Dollement. ITAL. Doctamente. GER. Künftlich. HISP. Doctamente. ANGL. Learnedlie, cunninglie. ¶ Cicer. in Pison. Ita enim sunt scriptæ scire & literatè, &c.

Literalis, vel scriptilis vox, Diomedes lib. 1.

Literati, a. um, quod ad literam, vel ad literas pertinet. ¶ γεμυατικός. GAL.



Litus, vel, lidus, in legibus veter. homo dedititius, qui ingenuitatem suam mancipavit.

**Lituus.** i. à λίτω, rō pavloνήρ ξύλοις ἴνγραψις ιδύρες πέρογες, καματύλη ράσθ. Plutarcho, Baculus incurvus quo sedentes Augures avibus tempa designabant. { GAL. Vn baston, ou une verge de quoy usoient les Augures anciennement, un cor, ou cornes. ITAL. Trombeta, piccola verga, usata da gli auguri. GERM. Ein stab der oben auskrummt ist vor zeitten von den weissagern gebrachet / die auss der vogel geschrey vnd siegen achtung trugen vnd Augures hiessen. HISP. La trompeta bastarda, o cuma, o cierta verga que usavan antigamente en los agueros. ANGL. A crood hopte or trumpet. } Gell. lib. 5. cap. 8. Lituus est virga brevis, in parte quam robustior est incurva. Primus litui usus a Romulo manasse creditur, qui dum urbem conderer, hujusmodi baculo regiones direxit. Cicero. lib. 1. de divinat. Quin ( inquit ) lituus iste vester ( quod clarissimum est insigne Auguratus ) unde vobis est traditus ? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quem urbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est, incurvum, & leviter a summo inflexum bacillum ( quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit ), quem situs esset in Curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagrasset, inventus est integer. Eadem ferè de hoc lituo scribit Plutarch. in vita Romuli & Camilli. Lituus ( inquit ) consecratus est in Palatino colle usque ad Gallorum tempora, a quibus capta urbs incensa est. Sed postea expulsis a Camillo hostibus inter altissimas familias illæsus, quem ignis omnia consumpsisset, inventus est. { Est præterea lituus, autore Festo, buccinæ genus incurvum gracilem edens vocem, quo in bello utebantur: quam qui canebat, Liticeti dicebatur, Varro lib. 4. de L. L. Tubicines dicti a tuba, & canendo: similiter & Liticines a lituo, & cano. σκληρός Virg. lib. 6. Et lituo pugnas insignis obibat & hastæ. Lucan. lib. 1. — Stridor lituum, clangorque tubarum. Ovid. 3. Faſt. Iam lituus pugna signa daturus erat. Stat. 6. Thebaidos. Et lituus aures circum pulsantur acutis. Lityersa, λιτίρης, Fuit Regis Midæ nothus filius, qui Celænis in Phrygia regnavit. Livco, Livesco, Lividius, vide Livor.

**Liviūs.** λιτίρης, Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patavina quem Quintilianus Herodoto opponit; ut Salustium Thucydidi. De hoc Hieronymus ad Paulinum. ad Titum Livium laetio eloquentiae fonte manantem, de ultimis Hispaniæ, Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, unius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas in auditum omnibus seculis celebrandumque miraculum, ut tantam urbem ingressi, aliud extra urbem quærent. Vixit tempore Clodij Cæsar. Sueton. in Clod. 41. Fuit & Livius Andronicus, Latinorum Poëtarum antiquissimus: de quo Diomedes. Constat ( inquit ) apud Romanos primùm Latino sermone Comœdiam Livium Andronicum scripsisse. Gell. lib. 17. cap. ult. Primus omnia T. Livius Poëta fabulas docere Romæ coepit: post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta.

Livonia, Lolland, provincia ad mare Balticum sita, editionis hodie Polonica.

**Livor.** is à Libya regione. Lividus, quasi Libycus. Color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant: quale in contusis corporis partibus videtur est, quem fuste, aliòve corpori duro ictu illato, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. { פְּרַנְתָּן חַבְבָּרָה. μλωπα, σμώδης. GAL. Couleur de plomb. ITAL. Lividore, lividura, color simile à plomo. GERM. Die bleifarbe oder blauwe als die streichmasen sind/bleich vnd schwarz leuchtend cheinander. HISP. El cardenal, color de plomo. ANGL. Black and blue, of the colour of lead. } Plin. lib. 20. cap. 22. Illinitur & livoribus, suggillatisque cum melle. Hinc Livorem contrahere, est nigrescere. Columell. lib. 12. cap. 47. Quia haec candidior est oliva, quam ea quæ contusione livorem contrahit. { Et quoniam talis est color invidorum, ideo livor accipitur pro invidentia. Luc. lib. 1. Livor edax tibi cuncta negat. Claudian. lib. 3. — rabi: m liveris acerbii Nulla potest placare quies.

¶ Livor specialiter est macula subnigra in corpore, ut quæ percussu est facta: nigrum quod appetet in corpore flagellato. ¶ Livor etiam dicitur in re exangui. Juven. Sat. 2.

— Dedit hanc contagio labem,  
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris  
Vallis scabie cadit & porrigitur poeci,  
Vixque conspecta livorem ducit ab uva.

Id est, uva uvam videndo varia sic, ut exponit Vet. schol. ¶ Livor peculiariter dicitur oculi suggillatio, cum is sanguine perfusus videatur, qui ubi refrigeratur livebit.

**Lividus.** a. um. Propriè is dicitur qui ex ictu fustis, lapidisve, plumbeum colorem in parte læsa contraxit: quod accidere solet, exiliis venis ictu collisis, sanguinèque ad cutem diffluente. { μλιδός. GAL. Qui a la chair meurtrie, ou en est de la couleur, ou de couleur de plomb, tenué livide. ITAL. Livido, chi ha lividura, di colore simile al piombo, o con lividura. GERM. Blau / der vñ blawen streichmasen hat. HISP. Amarillo o negro de golpe, cosa cardena. ANGL. Veripale as beaten with whippes, roanne. } Plin. Tarsiæ succus suggillatis ac lividis prodest. Hinc lividum pro eo quod subnigrum est, ponitur: qualis est color plumbi. Virgil. 6. Æneid.

Quidve petunt anima, vel quo dissermine ripas  
Ha linquunt, illa remis uada livida verrunt.

Brachia livida armis, Horat. 1. Carm. Ode 3. Vorago paludis lividissima. Catull. ad Coloniam. Ora livida facta digitis, Ovid. Epist.

19. ¶ Quoniam verò qui invidia laborant, exedentes se dolore, hunc colorem contrahunt, lividus sèpè pro invido ponitur, βάσκας. Martial. lib. 11. ep. 36.

Omnibus invidas livide, nemo tibi.

Lividulus, diminutivum, Sublividus. { λινωπελιδός. GAL. Un peu terné, ou livide. ITAL. Aliquanto livido. GERM. Bleichdächtig auf einer verbunst. HISP. Cardeno un poco. ANGL. Somewhat pale or wan-

ne. } Juven. Satyr. 1.

Ponebat igitur Tuseo ferrata catino.

Omnia tunc quibus invidas, si lividulus sis.

Livco, es, Lividus sum, plumbei coloris sum. { μλιδός. GAL. Est terné, se ternir. ITAL. Divenir livido, inlividire. GERM. Blaubleiche/ oder bleifarbe sein. HISP. Ser cardeno. ANGL. To be pale or wanne. } Plin. lib. 21. Cortex verò ( scilicet heliotropi ) liventibus colorum reddit. Ovid. 2. Metam.

— Livent rubigine dentes.

Crura liventia compedibus. Ovid. 2. Amor. Eleg. 2. Labellis impressis livere. Idem 1. Amor. Eleg. 7. ¶ Per translationem accipitur pro invidere. βάσκας, φρεσκ, tractum ab invidiorum consuetudine, aliena felicitate pallientium. Martial. lib. 19. Livet Carinus, tunipitur, &c. Fata liventia, Stat. 5. Sylvæ.

Livēco, is, Lividus sio. { μλιδός γίνονται. GAL. Devenir terné, se ternir. ITAL. Divenir livido. GERM. Bleibschwarz werden. HISP. Hazzer se cardeno. ANGL. To roaxe pale. } Claud. lib. 3.

Haud equidem in video: nec enim livescere fas est,  
Vel nocuisse deos.

Matt. lib. 8. ep. 50.

Livit nullæ caligine fusca, nec odit.

Exploratores nubila massa focos.

Digitæ livescunt in pedibus, Lucret. lib. 3. Hujus compositum est, Allivesco.

Livia, columba agrestis.

Lix, licus, est aqua, à lux. Hinc elixum, aquâ coctum. Ita Nonius. { Πνίδιον πιαχ τὸν épher. νοῦς. GAL. La cendre du foyer. ITAL. Cenere. GERM. Esch. HISP. La ceniza del hogar. ANGL. Ashes. } Plin. lib. 35. cap. 37. ex Varro, Lix cinis est foci. ¶ Vel, lix aqua cineri immista. Unde dictum lixivium. Non in lixa.

Lixabundus ambulat, qui voluptatis causâ ambulat. Festus: Lixabundus uer liberè ac prolixè faciens.

Lixæ aquum quæ. Lege, lixæ Agimen quod per milites ambulat antiqui lixum dixerunt.

Lixiones, aquarum portatores. Vel portiū partitores.

Lixio, Gloss. Isid. Lixiones aquarum portatores. Vulcanum, vel portiū inquit, partitores.

Lixiviæ. x, Aqua in qua lavandi gratiâ decoctus est cinis. { κολας. GAL. Lessive. ITAL. Liscia. GERM. Laug. HISP. La lejia de ceniza. ANGL. Lie mades of ashes. } Columell. lib. 12. cap. 16. Sunt quæ culmos fabæ exurant, & ex eo, quod etemantur, cinere, lixiviant faciant. Et paulo post eodem c. 1. Deinde in lixiviae sextarios decem salis cyathos & olei cyathum adjiciant. Et rufum paulo antea, In olla fistili ampla, preparatam lixiviam cineri satimenti calciferi convenit. Nonius Marcellus, lixivium effert neutro genere. Lix ( inquit ) cinis dicitur, vel humor cineri mistus. Nam etiam nunc id genus lixivium vocatur.

Lixivum vinum, vel liniæ ( inquit Budæus ) dicitur à Colum. lib. 12. cap. 21. quod Plinius Protropum vocat.

Lixivius, adjct. ut lixivius cinis. Plin. lib. 14. cap. 20. & lib. 11. cap. 17. Quidam ut has faciant, in cinere lixivio tingunt protinus quam detraxere vitibus.

Lixæ, arum, dicti sunt, inquit Sipontinus; qui vilioris quamstis gratiâ exercitum sequuntur, ut pura lavandi, aut coquendi gratiâ: à cinere, qui lix antiquis dicebatur, ut Varro testimonio docet. Plin. lib. 36. cap. 27. { οὐενοφόρη. GAL. Ceux qui suivent le camp pour gaigner à servir, & blanchir, ou cuire aux gens de guerre, Goujats. ITAL. Cuochi gente d'arme, faccomani. GERM. Südelä buben mit Kochen vñnd roätschen/schmutzlich. HISP. Los aguadores que llevan agua al real, o que sirven à oíras cosas. ANGL. which follow the men of warre for to gaine some thing by an office, scultions of the kitchen. } Nonius tamen affirmat antiquos lixam dixisse pro aqua: indeque elixum dictum esse, quod aqua coctum & molitum esset: & lixas, qui militibus aquam ad castra, vel tentoria solerent ferre: sed idem addit, Lix etiam tinis dicitur. Silius lib. 2.

— Inutile Marti

Lixarum vulgas.

Scipio apud Livium Actium Umbrum appellat semilixam, quasi semi mancipium, nomine ignominioso. Varro lixulas, & semlixulas, vocabulo Sabino scribit dici circulos ex farina, caseo, & aqua commixtos, olim inter viliora cibaria numeratos.

Lixo, as, Aquâ coquo: quod tamen apud veteres non facile invenies. { לִשְׁבָּה בִּשְׁכָּה. GAL. Cuire en eau, faire bouillir en eau. ITAL. Alessare. GERM. Sieden oder kochen. HISP. Cozer en agua. ANGL. To seeth. } Magis in usu est compositum ejus Elixo, quod est ejusdem significationis. Prolixo huc non pertinet. Neque enim sit à lixo, sed ab adjetivo Prolixus, quod componitur ex porro, & latus; a, in i, mutato.

Lixor, is, portitor aquæ. Vet. vocab. Leg. partitor aquæ.

Lixula, cibi genus.

Lixus, a. um, Coctus, elixus, à lixa antiquo nomine, quo veteres aquam significabant, reficiente Nonio. { לִשְׁבָּה מֶתֶבְּשָׁחָה. GAL. Boülli, cuire en l'eau. ITAL. Bollito: allesto. GERM. Gesotten/gekocht. HISP. Cozido en agua. ANGL. Sodden. } Frequenter tamen in usu est elixus, quemadmodum elixo usitatus est quam lixo.

Lixabundus, dicitur, qui exiguae mercedis gratiâ vilissimis feso obsequiis immiscet, εψοττι εἰκασία, vel οὐδεοφορῶν. Tractum à lixarum consuetudine,

consuetudine, qui vilissima quæque in exercitu munia obibant.  
Plaut. Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas.  
Lixas, λίξος. Colonia Claudio Cæsare in Mauritania Tingitana instituta, circa quam Poëtarum fabulæ & Antæ regiam, & Hesperidum hortos collocarunt aurea mala ferentes à dracone per vigili summâ curâ asservata. Cui fabulæ occasionem suppeditasse existimat Plin. flexuosum maris æstuarium, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter oleastros ferens. lib. 3. cap. 1. Est & Lixus amnis in eadem ora, cuius meminit Idem ibid. & Pomp. Mela.

Loba, λόβα, γνήσις, Hesych. Id à λαβεῖν. Sunt enim manus, instrumenta capiendi.

Löbæ, In milio Indico dicuntur culmi, sive comæ arundinaceæ semen complectentes. Λόβα. Plin. lib. 38. c. 7. Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiæ est inventum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem, prægrandibus culmis, (Lobas vocant) omnium frugum fertilissimum. legend. foba. vide φόβη in Constantini Lexico.

Lobrīnī, montes, Λόβρηνα ὄρη. In Phrygia sunt: unde Rhea Lobrina. Scholia festes Nicandri.

Löbūs, i. Λόβος bedhál. Λοβος. Ima auricula: λόπος λαμπάτης, quod eam apprehendamus, quempiam admonentes. In hepate quoque partes extremæ, & quædam veluti segmenta, ventriculum circumquaque amplectentia, Lobi dicuntur. Nican. in Theor. H'naūl. Ἀγορευτος κέρας λοβος, ὃς τι τελείως Εὐφύτης. Vbi interpres τελείως accipit summam solidamque hepatis partem, ex qua lobi dependent.

Lobus, alia vox, Hispanica scil. est lupus.

Locar, locus apud urbem Romam. Legē Lucar, Lucas.

Locarium, vide Locus.

Locellus, vide Loculus in Locus.

Lochium, λοχεῖα: puerperium. Lex. Conf.

Locito. Loco, vide Locus.

Locanus, fluvius est Locrorum in fronte Italæ, quæ olim magna Graecia dicebatur. Plin. lib. 2. cap. 10.

Lochias, Ασίας, Promontorium est Ægypti, non procul ab Alexandrinæ, & Pharœ. Strabo lib. 7.

Locoritum, autore Ptolem. urbs Germaniæ, hodie Trutonia, vulgo Forcheim, in Franconia.

Locozus, Λόκος, urbs Phrygiæ, quam Thracæ tenuerunt, cognomento Locozij. Vide Steph.

Locri, orum, Λοκοὶ. Graecia populi, Parnassum montem utrinque accolentes: quorum qui occiduam incolunt plagam, ad Crissæum usque sinum pertingentes, medij inter Ætolos & Phocenses, à gravitate odoris Ozolæ, & à situ Hesperii cognominantur. Qui verò Parnassum ad ortum accolunt, ad mare usque Euboicum extensi, in duplice sunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte, Epicnemidijs; illi verò ab Opunte urbe, Opuntij cognominantur. Autor Strab lib. 9. Sunt & Locri in extrema Italæ ora, quam magnam Graeciam antiqui appellavunt, oppidum incolentes ejusdem nominis ab iis qui Ajacem Oileum ad Troiam sequuti sunt, conditum; ut annotavit Servius in illud Virg. 3. Æneid.

Hic & Naritij posuerunt mænia Locri.

Hi discriminis gratiâ Epizephyrij cognominantur, quod supra Zephyrium promontorium siti sint.

Locris, idis, Λοκοὶ, Graecie regio, utrinque Parnasso incumbens: cuius incolæ dicuntur Locri: ut jam dictum est.

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples, vide Locus.

Löcūs, i, in plurali num. Loci, orum, vel Loca, orum, ab antiquo λόχος, jaceo. Λίθος, λόχος, ubi quis situs est. Quicquid aliquid continet, sive, ut ait Varr. lib. 4. de Ling. Lat. ubi quid consistit, vel ubi aliquid locatur, à Græco, λόχος, c in κ mutato. Λόχος makom τοπος. GAL. Lieu, place. ITAL. Luogo. GER. Ein ort. HISP. Lugar. ANGL. A place. Virg. 8. Æneid.

Hic locus urbis erit,

Servius Sulpit. Cic. lib. 4. Epist. Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus, ibique cum combussumus: posteaque curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoratum faciendum locarent. Frequentissime etiam accipimus locum pro vice: ut quum dicimus, Loco patris te habeo, hoc est, vice patris, & ea charitate te amplector qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terent. in Andr. Si te in germani fratri diley loco. In locum filij superstitem tibi dolorem fecisti, Senec. cap. 1. de consol. ad Marciam. Item locum vacantem explere (in vicem fun.) Idem cap. 16. de consol. ad Marc. Apud me nihil est summano loci, Plaut. Cœrule. sc. 1. a. 3. Faciam hujus diei locisque meique memineris. Idem Capt. sc. 1. a. 4. Animus nunc mihi est in tuto loco. Idem. Pseud. sc. 5. a. 4. Sine arbitris nobis detis loquendi locum. Idem Capt. sc. 1. a. 2. Meis dare locum fallaciis, & hinc amovemini Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Det locum illi qui queat, ibidem. Loco meliore eum pones. (i. apud Inferos.) Senec. cap. 3. de consol. ad Marc. Non hinc emigrasti? Quem in locum? Plaut. Men. sc. 2. a. 5.

Ignoscant augusta mihi loci, Dique locorum,

Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist. Vide capillum satis suo loco compositum est. Plaut. Moſtell. sc. 3. a. 1. Fieri non potest, ut idem uno tempore duobus locis sit. Idem Amphitr. Tempus abire est ab his locis lenonis. Animum amittunt prius quam loco demigrent. Idem. Interea loci, vide Interea. Et Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. — ut adhuc locorum feci, faciam sedulò. Idem Capt. sc. 3. a. 2. Ex hoc loco ibo ad tres viros. (i. è vestigio.) Idem Asin. sc. 2. a. 1. Loco voluptatis mihi est, loco turpitudinis, loco honoris: id est, voluptuosum, turpe, honorificum. Valla lib. 5. Movere aliquem loco, est aliquem de loco suo, vel de dignitate depellere. Horat. lib. 1. Epist.

Calepini pars 1.

Audebit, quæcumque parum splendoris habebunt.

Senec. lib. 3. de bell. civili, loco movere Centurionem. Verba movere loco. Cicer. ad Quint. fratr. lib. 2. Exarbit dolor: urgere illi ut nos loco moverent. Accipitur etiam Locus pro natalibus, vel conditione nativitatis. Salutis, Inter suos non obscurio loco natus. De summo loco, summoque genere. Plaut. in Capt. prologo. In pluri numero indifferenter dicimus Loca, vel Locos. De neutro genere ubique plurima occurunt exempla. Masculino genere usus est, Virg. 6. Æneid.

Devenere locos latos.

Idem 1. Æneid.

Devenere locos, ubi nunc ingentia ternis Mænia.

Gell. lib. 6. c. 6. eodem in loco utroque genere usus est: Nam quoniam non ipsæ tantum aves, quæ prosperius prævolant, sed etiam loci quos capiunt, quod idonei felicésque sunt, præpetes appellant: idcirco Dædalus pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum motuebat, in loca tutiora pervenerat. Loci item sedes sunt argumentorum, quos Græci τοπος vocant. Cicer. lib. 2. & 3. de Orat. in Topicus. ex quibus veluti ex promptuariis quibusdam petuntur argumenta. Loci etiam in mulieribus dicuntur vascula semen recipientia inter vesicam & intestinum rectum sita, in duos divisa sinus, unde & loci plurali numero appellantur, in his (ut ait Varro) nascendi initia consistunt. Plin. lib. 11. c. 37. Formis eadem omnia, præter quām vesicæ junctus utriculus. Unde dictus uterus, quod alio nomine locos appellant. Hoc in reliquis animalibus vulvam tantum dicimus. Colum, tamen lib. 6. c. 37. equatum etiam genitalia vocat locos. Quod si (inquit) admittarius iners est in venere, odore perficitur detercis spongia feminæ locis, & admota equi naribus. Idem etiam lib. 8. c. 11. pavonum loca appellat, in quibus ova nascuntur. Sapientius (inquit) digitis loca feminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova. Ex loco inferiore agere, est ad judices. De superiori loco agere, est pro rostris. Ex æquo loco agere, est in Senatu: ut etiam annotavit Budæus. Cic. 3. de Orat. Nam sive de cæli natura loquitur, sive de terræ, sive de divina vi, sive de humana, sive ex inferiori loco, sive ex æquo, sive ex superiori. Priore loco causam dicere, est ante defendere quām quis accusatus fit. Idem pro Quintio. Ut ipse causam capit, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Posteriori verò loco dicere, est ultimo loco dicere: quod defensores solebant, qui accusationi respondebant, cāmque refutabant. Idem Ibid. Quoniam majores ita constituerunt, ut qui pro capite diceret, is posteriori loco causam diceret. Secundo loco, à Cic. ad Lentulum, pro præterea ponitur. Facile, inquit, secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, &c. Pulchri etiam dicitur. Si in isto essem loco, si meum esset negotium, si mea res ageretur. Plaut. in Bacch. Verum, ut ego opinor, si ego in isthac siem loco. Dem potius aurum, quām illum corrumphi finam. Ponitur aliquando locus pro statu & fortuna. Idem Ibidem. In eum nunc revenit res locum, &c. Terent. in Adelph. Pejorative res loconon potest esse, quām in quo nunc sita est. Cic ad Brutum, Nostræ res meliore loco videbantur, id est, statu meliore & fortuna. In loco res posita dicitur, quæ rectè atque ordine posita sive collocata est, Idem 7. Verr. Rectè collocata & judicio populi in hoc loco posita esse videatur. Locus bonus, de hospitio. Senec. cap. 23. de vita beata. Et in loco festivo festivè accepti sumus. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. Ponitur interdum locus pro estimatione, amore, gratia. Cicero in Philipo. Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? Esse magno loco apud Regem, dixit Idem in Epist. Cæs. 1. comment. Qui si ivissent, codem se eos loco, quo Helvetios, habiturum. Locus de laude. Velleus, Magnum locum facere operi suo. Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Dat tibi nostra locum tituli fortuna. (i. laudis occasione.)

Ponere in loco maledicti, & contumeliaz, est quod barbari dicunt, capere ad malum & ad injuriam. Cic. in Pisonem, Tunc etiam ausus meum discessum in maledicti & contumeliaz loco ponere. Tenerè principem locum, est maximo esse in pretio, & autoritate, primùmque dignitatis gradum obtinere. Idem pro Plancio. Qui in mea salute principem semper locum, autoritatēque tenuistis. Locus suum relinquere, & locum suum retinere (in acie.) Cell. c. 6. lib. 5. Locus aliquando ponitur pro opportunitate καιρος. Cicero de Offic. Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. (æs. lib. 1. bell. civ. Dum locus cominus pugnandi daretur (i. facultas, occasio, opportunitas.) Liv. lib. 9. d. 4. Ne locus esset mortis conscientia. Velleus. Defuisse fortunæ ejus destruenda locus. (i. facultas.) Loco aliquid querere, est querere quando res postulat. Cic. in partit. Loco tu quidem queris, sed plenius, &c. In loco, id est, opportunè. Terent. Heaut. In loco ego verò laudo. Cic. Ante quam iret in Exilium, Fidei conducti, inquit in loco beneficium retrubueri. Loco dicere, est ordine sententiam dicere, & rogatum. Idem 3. de legib. Ut loco dicat, id est, rogatus: ut modo, ne sit infinitus. Locus non est bonitati, id est, bonitas contemplationi est. Idem 3. de finib. Quod ni ita se haberet, nec justitia ullus esset, nec bonitati locus. Locus alicui dare, est ipsum admittere, & recipere. Idem de Orat. Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel viciōsissimis oratoribus. Aliquando locus pro tempore, vel spatio ageta rei. Terent. in Heaut. Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. Et Suet. in August. cap. 54. Contradicierem tibi, si locum haberem. (i. tempus.) Item Livius, Temeritatem ad id locorum, infelicem fuisse. pro ad id temporis. lib. 5. bell. Pun. & d. 5. Item in unum locum tres patitij petierunt. Idem lib. 5. d. 4. (i. in idem tempus) Locus preci non est relicitus: hoc est, precibus amplius flecti non potest. Terent. in Andr. Nihil est preci loci relicturn. Locus etiam in scriptoribus dicitur quævis operis exigua pars, sed quæ tamē extet, & illustris sit. Idem 7. prolog. Adelph. eum Plautus locum Reliquit integrum, cum hic locum sumpsit sibi in Adelphos. Locus, i, Premium quod datur in stabulo & taberna pro consistenti di potestate. Varr. lib. 4. de ling. Lat. & cœniator. GAL. L. 11. ge ae man. QQq 3. sub

son, payement de loïsage. ITAL. Il fitto. GER. Das standgele / stals gel. HISP. El alquiler de casa. ANGL. The price for the setting of an house.

Locatius, qui in spectaculis loca populo locat. Martiāl.

Hermes divitiae locariorum.

Löcūlūs, i, diminutivum, exiguus & angustus locus. { ρωγάος GAL. Fētis lieu. ITAL. Luoghetto. GERM. Ein orthlin. HISP. Pequeño lugar. ANGL. A little place. } Plaut. Milit. Sed in cella paululum erat loculi lubrici. ¶ Aliquando loculi dicuntur loculamenta quādam separata in piscinis, ornithotrophis, aliōrumve animalium stabulis, in quibus unaquaque seorsum aluntur. { ονκη } Varro lib. 3. de re rust. c. 17. Hortensius familiaris noster cūm piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita sāpē cum eo ad villam ivi. ¶ Sāpē etiam loculos accipimus pro sacculo, in quo pecunia servatur. { סְבָבָתַשׁ } τερός. Baulūnos. GAL. Bourfe, ou gibbeciere, gousset. ITAL. Borsa, GERM. Ein seckel oder tāschlin. HISP. Bolsa, ò bolsico. ANGL. A bagge of leather. } Martial. lib. 14.

Hos nisi de flava loculos implere moneta

Non decet.

¶ Stimulorum loculi, idest, ut in loculis servatur pecunia; ita hīc imeretur ut in ipso stimuli recondantur, quo vexetur magis. ¶ Interdum etiam loculus, { יִרְאָן arón. αρός. GAL. Cercueil ou coffre en quoy on garde les corps morts. ITAL. Cataletto. GERM. Ein todtenbaa. HISP. Ataud, vasos de la ceniza de los muertos. } pro capsula, seu conditorio, quo mortuorum cadavera conduntur. Plin. lib. 7. cap. 2. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditūmque loculo in templo.

Löcūllūs, id est, crumenula, diminutivum à loculus. { בָּאָלָעָנוֹן. GAL. Perite boursette, gousset, ou gibbeciere. ITAL. Borsetta, sachetto. GERM. Ein säcklein oder tāschlin. HISP. Bolsico ò caxa pequena. ANGL. A little purse or bagge. } Martial. lib. 14. ep. 13.

Si quid adhuc supereft in nostri face locelli,

Munus erit: nihil est: ipse locellus erit.

Löcūlūtūs, a, um, quod habet diversos locos. { ονκάδης. GAL. Ayant plusieurs petits appartemens, & lieux pour mettre plusieurs choses chacune à part. ITAL. Dove sono più ripartimenti da porvi cose diverse separatamente. GERM. Das vil dālein oder vnderschlächlein hatt. HISP. Cosa de muchas bolas y lugares, para guardar las cosas apartadamente. ANGL. That hath many places and holes. } Varro 3. de re rust. cap. 17. Nam ut Paulanias, & ceteri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sint Ceræ: sic hi loculatas habent piscinas, ubi dispares disclusos habent pisces.

Löcūlūs, a, um, quod multos habet loculos, seu sinus septo aliquo intermedio distinctos. { ονκάδης. GAL. Plein de lieux, & petits trous, ou appartemens separéz. ITAL. Pieno di luoghi. GERM. Voll dālein oder vnderschlächlein. HISP. Cosa llena de muchos lugares y bolas. ANGL. Full of places and holes. } Plin. lib. 15. c. 22. Sola differentia generum in putamine duro fragilive, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Löcūlāmenta, orum, Loca distincta, sive capsulae in quibus aves, apes, aut etiam majora animalia seorsum nidificare, seu habitare solent: & à loculis deduci videtur. { ονκη. GAL. Petits lieux & trous séparez pour retirer quelque chose; comme ruches à miel, & où nichent les oiseaux. ITAL. Luochi diversi da farvi nido gli uelli. GERM. Besödere vnd vnderschäydensteine oder gemächlein. HISP. Caxones, ò casas, como de palomar. ANGL. Lackers or any places with little boxes or holes as a dovecote. } Col. lib. 8. cap. 8. Vel si non ita competit paxillis adactis tabule supponantur, quæ loculamenta, quibus nidificant aves, vel fistilia columbaria recipient. Idem lib. 9. c. 12. Protinus custos novum loculamentum in hoc præparatum, perliniat intrinsecus prædictis herbis: deinde guttis mellis respersum admoveat, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo, sive theca rei alicuius. Vitruv. lib. 10. Super autem tertium tympanum planum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur, ¶ Lœculamenta appellantur etiam loculi libris digerendis compositi in bibliotheca: apud Senec. de tranq. vite c. 9. ubi sic ait, Apud desidiosissimos videbis quicquid orationum historiarumque est, & teotto tenus extorta loculamenta.

Löcūples, etis, Dives agri, multis habens possessiones, quasi locorum plenus. Gellius cap. 5. lib. 10. Locuples dicitur, qui pleraque loca possideret. Idem ait Ovidius lib. 5. Faſtor. { רַוְשָׁי הַשְׁכֵיר. πολυκτίους, πολύστο. GAL. Riche, ITAL. & HISP. Rico. GERM. Reich / füremens sich an ligenden gütern als del vil äcker/matten/oder garten hatt. ANGL. Riche. } Plin. lib. 18. cap. 3. Cognomina etiam prima: inde Pilumni, qui pilum pistinis invenerunt: Pisones à pīnendo: hinc & locupletes dicebant, locorum, id est, agrorum plenos. Est autem hoc nomen omnis generis, ut Præſian. censet, & x̄quē in sexto casu, e, vocalem postremam, & i, habet. Cic. Attic. Nec moderatio quam Sylla in pecuniis locupletium. Idem in frument. In provincia locupleti & referta. Horat. 2. Serm. In locuplete domo. ¶ Neque solum pro divite, & loca multa possidenti accipitur, verum etiam pro gravi homine, atque autoritatis summa, & exploratae fidei. Hinc locupletem autorem, telem, fidejusarem dicimus, de cuius fide meritò nemo debeat ambigere, ἀξιώματα. Cic. lib. 3. Off. Accedit ed testis locuples Posidoni. Et paulo post. Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an gravissimum Regulum nolite quās vituperare. Quem enim locupletiorem quārimus, quam principem pop. Rom. qui retinēdi officij causa, cruciatū subierit ultrō? Locupletis antitheta sunt Egens, & tenuis. Idē 4. Verr. Nā locupletissimi cuiusque census extenuant, tenuissimi auxerant. Idem pro Plancio, Egentes in locupletes armabantur. ¶ Locuples oratio, dives verborum, & abundans. Idem 3. de Orat. Inde ille licentior, & divitior fluxit dithyrambus: cuius membra & pedes, ut ait idem, sunt in omni locuplete oratione diffusa. ¶ Locuples etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. Idem 1. de

natur. deor. Locupletior igitur hominum natura ad beatè vivendum, quam deorum, quod pluribus generibus fructur voluptatum.

Löcūplētissimē, adverbium. In Epitome Sex. Aurelij Victoris in Vespasiano. Hujus inter cetera bona illud singulare fuit, inimicitias obliuisci: adeò ut Vitelli hostis sui filiam locupletissimē dotatam splendidissimo conjungeret viro.

Löcūplētō, as, Dito, locupletem reddo. { ρωγάνην κατέσθι. πλεύτων. GAL. Enrichir. ITAL. Arrichire. GERM. Reich machen. HISP. Enriquecer otro. ANGL. To make rich, to enrich. } Columel. lib. 3. Ut autē perpensum & exploratum habeamus, ut locupletet patrem familiæ vinearum cultus. Plaut. Visus est paterna hæreditate locupletarier. Cicer. 5. Ver. Ob hasce res, quoniam te locupletavi, hoc anulo aureo dono. Idem 1. Offic. Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. ¶ Hujus compositum est, Collocupletō, de quo suo loco.

Löco, as, Pono, constituo, colloco, repono. { ρωγάνην επέβισται γενικόν. GAL. Mettre en quelque lieu, asséoir, poser. ITAL. Collocare, porre. GERM. Setzen/ordnen. HISP. Poner alguna cosa en lugar. ANGL. To put in some place, to place, to set. } Liv. lib. 1. Castra ab urbe haud plus quinque millia passuum locat. Virg. 1. Aeneid.

hic alta theatri

Fundamenta locant alij.

Plaut. in Aulul. Dum aulam domi locatam perquirit, ablatam reperit. ¶ Locare insidias alicui. Idem Rud. Metuo hercle illa mulier mihi insidias locet. id est, struat & ponat. Vitam in tranquillo locare. Lucret. lib. 5. Locare aliquem in regno. Liv. lib. 7. d. 4. Locatus in terra exercitus idem fecit. Velleius. Quod ( malum ) molli sub veste locatum, ( i. In gremio. ) Catull. ad Ortalum. Locare castra. Liv. lib. 10. d. 4. ¶ Interdum ponitur pro elocare, & nuptui tradere { έκθέτει, στρωτιζει. GAL. Donner en mariage, marier. ITAL. Maritare. GERM. Zur ehe geben/Verheiraten. HISP. Casar hija, ò criada. } Terent. in Phor. Quædo quid si filiam suam unicam locaret? Locare filiam nuptum. Terent. in Phor. dixit. Ut potui, virginem nuptum locavi huic adolescenti. Item, Locare in matrimonium, Plaut. in Trin. Ubi erit locata virgo in matrimonium. Dote cassana & illocabilem, neque eam queo locare cuiquam. Idem Aul. sc. 4. a. 1. Si filiam locafsim meam tibi. ( i. déderim uxorem. ) Ibid. ¶ Interdum idem est, quod pretio utendum do. { ρωγάνην σαχάρ. μελ, διπλιδά, ειδιδουπι. GAL. Bailler à loissage, loiser. ITAL. Affittare, appigionare. GERM. Verleihen umb gest. HISP. Arrendar alguna cosa à otro. ANGL. To hire or lett out to hire. } In qua significatione frequenter dativum habet personæ, cui quid locatur, cum accusativo rei quæ locatur, & ablative pretij, ut, Aedes, quas in Palatio amplissimas habebas, centum te festertiis Mutio locasse audio. ¶ Sāpē tamen pretium non exprimitur, Cic. in Verr. Menonis nobilissimi hominis uxoris fundus erat colono locatus. Ornamenta quæ locavi metuo ut possim recipere. Plaut. Curc. sc. 1. a. 4. Perinde ac si agrum sterilem fodientum loces. Idem Amph. ¶ Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendum suscipere. μελαινή. Gell. lib. 5. cap. 3. Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse. Plaut. Trin. Nam operam meam tribus nummis ego locavi ad artes nugatorias. Locare alicui opus faciendum, dicitur is, qui pro opere faciendo alteri mercedem constituit, μελαινή. Sulpit. Ciceroni, Curavimus ut idem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. In cædendum illum agnum conduxi. E. loces effunduntur: Nam mortuus est. Plaut. Aulul. sc. 5. a. 3. Item Autor sum ut me castrandum loces. Idem Ibid. sc. 4. a. 1. Interdum locare, idem est quod collocare, sive impendere: ut quum operam, pecuniāmve benē, aut male locatam dicimus. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Nec quicquam argenti locavi tam diu usquam x̄quē benē. Idem Amph. Optumē optumo operam das, datam pulchrè locas. Locare insidias alicui. Idē Aul. sc. 4. a. 1. Non tu pudicæ cuipiam insidias locas? Idem Curc. sc. 1. a. 1. ¶ Item locati locationes, & induci. Liv. lib. 9. d. 4. Argentum fœnori locare, pro fœnori date. Plaut. Most.

Löcūto, as, Frequentativum formatum à supino verbi loco, a, in i, mutata. { διπλιδά, ειδιδουπι. GAL. Bailler souvent à loissage, loiser souvent. ITAL. Spesso appigionare & affittare. GERM. Södts verleihen/oder aufleihen. HISP. Arrendar à menudo. ANGL. To lett out of ten to hire. } Terent. in Adelph. sc. 8. a. 5. Agelli hīc sub urbe est paululum quod locitas foras: Huic demus qui fruatur.

Löcātōr, is. { στρωτιζει. GAL. Locateur, qui baillé à loissage. ITAL. Colui che da à pigeone, à fitto. GERM. Ein verleihet umb gelt/oder umb ein jins. HISP. El que arrienda à otro por renta. ANGL. Aleassour. } Proprieté dicitur is qui rem aliquam pretio utendam dat, ut Locator prædij, vel x̄dium, dicitur is, qui prædij, x̄diumve usu conductori concessio, pretium accepit. Interdum tamen locator is dicitur, qui redemptori pro opere aliquo faciendo mercedem constituit. Budeus. Quanquam locator sit plerunq; qui pretium accipit, & conductor qui dat, ut sit locator dominus, conductor inquilinus; tamen nonnunquam viceversa evenit, ut locator pretium det, conductor accipiat. Plin. lib. 7. cap. 52. Romæ quoque Corfidium materteræ suæ maritum, funere locato revixisse, & locatorem funeralis ab eo elatum.

Localis, e, ad locum pertinens: item quod in loco est. Etiam aliquando, quod in loco esse potest; quod propriè locabile. Gloss. έπική, localis, situs, intellige situm, καίρωσις.

Löcālītēr, έπική. Diomedes Grammatic. lib. 1. Adverbia localiter posita.

Löcātōr, is, verbale, Χ. Conductio: proprié ejus est qui pretium accipit. { έπικοπιδάσσω. GAL. Loissage, bail à loissage. ITAL. Locatione, il dare à pigeone. GERM. Ein ausleihung. Item ein verdingung. HISP. Arrendamiento. ANGL. A letting out to hire. } Cic. 3. Verr. Hic istius scelerata locatione, nefariorque latrocinio, bonis patrii fortisque omnibus spoliatus, venit in judicium. Idem ad Attic. lib. 4. Disturbata porticus Catuli, quæ ex s. c. coss. locatione reficiebatur,

& ad testum penè pervenerat. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabulásque de locatione confessas interlinire, aut discerpere. Idem ad Attic. lib. 1. Asiani, qui de Censoribus conducterant, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, ut induceretur locatio, postulaverunt. Locari locationes, & induci. Livius lib. 9. a. 4.

**Locatarius.** μισθίσθητος. Mercede locari. Μισθός, mercede conducere.

**Locatitius.** μισθίσθητος. Gloss. Phil. μισθίσθητος. conductitius, locatus. Idem, ενδογός, locatitium. Gl. Cyr. Est quod mercede locatur, aut conductitur.

**Löcūstā.** & olim Lucusta. Insecti genus est, infirmas habens alas, tam modicis se volatibus ē terra attollens, ut saltare potius videatur quam volare. § תְּרֵבָה arbēh. ἀρέβη. GAL. Vne langouste, un saute-reau, ou sauterelle. ITAL. Cavaletta. GERM. Ein heuschreck. HISP. Langosta. § In Africa & Syria majore corpore nascuntur, firmiorib[us]q[ue] alis: tanta autem cōpia, ut herbas, messesque omnes, aut erodat, aut tactu adurat. Quinetiā & maria transvolare dicuntur, & absumptis domesticis omnibus externa pabula querere, non sine infausto prælacio eorum ad quos penetrant. In India monstrosa magnitudinis nasci traduntur, ut interdum trium pedum longitudinem excedant: ex quorum femoribus & cruribus, quum i[n]aruerint, serrae solent confici. Vide plura de his apud Plin. lib. 11. cap. 29. ¶ Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum, corpore longo, cornua ante oculos bina longa, & aspera habens: dictus à similitudine terrestris. Idem Plin. lib. 9. cap. 30. Locustæ fragili crista muniuntur in eo genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis: & veris principio senectutem exunt anguum more, renovatione tergorum. Cetera, in aquis natant: locusta reptantium modo fluitant: Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera portentis: in pavore, in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Unum hoc animal, nisi vivum ferventi aqua incoquatur, fluida carne, non habet callum. Sueton. in Tiber. cap. 10. Locusta prægrandis lacerat os pectoris. ¶ Locusta prospone, sive si phone, vide Sipo.

**Löcūstā.** Venefica fuit Neroni grata, ex Galliis evocata, cujus operā Agrippina Claudiū, & Nero Britannicum de medio sustulerunt. Tacit. lib. 11. & 12. Juven. Satyr. 1.

Infliguntque rudes melior Locusta propinquas,  
Per famam, & populum nigros efferre maritos.

**Locutio.** Locutor, Locutuleius, vide Loquor.

**Lēdīx.** icis, Lecti operimentum. § יְלִדָּה chesit. σπάχε. GAL. Loudier ou grosse couverte de lit. ITAL. Coltro coperta. GERM. Allerley bett, decken als kleinklach/gautern/etc. HISP. La manta ò celestar de cama. ANGL. A blanket for a bed. Juven. Sat. 6.

Zōn, καὶ ψυχῆς, modo sub lodiice relictis  
Uteris in turba.

Vide Martial. epigr. 148. lib. 14.

**Lödīculā.** & diminut. § הַמְּלֹכָה & ivritānā. GAL. Un petit loudier, ou couverture de lit. ITAL. Picciola schiavina ò colera. GERM. Ein kleinklach. HISP. Pequeña manta ò cobe ter de cama. ANGL. A little blanket. § Suet. in Augusto, Ita ut in extremis spatiis subsultim decurseret, Iodicula involutus.

**Lebesum.** & Leberratem antiqui dicebant liberum & libertatem. Ita Græci λεῖον, & λεῖων. Vid. sup. Liber.

**Lödōria.** λοιδόρια, convicium.

**Loēmīus.** λοιμός, Apollinis cognomen, quod ei Lydiū imposuerunt ob malorum expulsionem, finitā pestilentia. Nam pestem Græci λοιμός appellant.

**Lœmodēs.** pestilens, planè Græca terminatione, λοιμώδης.

**Logarium.** Logeum, Logica, Logion, Logistæ, Logisterium, Logisticæ, Logistoricus, Logodædalus, Logographi. Vide Logos.

**Lögös.** § לְגָזֶל dabār בְּיֻנְתָּה. λόγος. GAL. Parole, raisonnement. ITAL. Ragionamento, parola, ragione. GERM. Ein red oder wort. Item die vernunft. HISP. Razón palibra, razonamiento. ANGL. Speake, a word. § Apud Græcos modò sermonem significat, modò verbum, modò rationem. Hieronym. ad Paulinum, Logos Græcè multa significat, nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa uniuscujusque rei, per quam sunt singula quæ subtilunt. Augustin. contra heres, Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius. scripsit librum qui λόγος τινες appellatur, id est, verbum perfectum. ¶ λόγος item Græci vocant operis tomos, sive sectiones, quos & libros Latinè appellamus. ¶ Habet & alias notiones apud Græcos, quæ ad nostrum institutum nihil pertinent. Hoc tamen hic prætereaendum non sicut, Logos etiam à Latinis scriptoribus usurpari, pro verbis futilibus, & ad nihil prorsus conductentibus. Cic. Gallo. Ego te certò scio omnes logos qui ludis dicti sunt animadvertisse. Plaut. Menach. sc. 2. a. 5. Loquere paucis, non longos logos. Logos Aësopæos, pro Apologos. Senec. cap. 18. al. 37. de consolat. ad Polyb. Terent. in Thorm. Feneratum istud beneficium tibi pulchre dies. d. Logi, ( id est, ridicula dicta, & verba inutilia.) § A logos, sicut Catalogus, epilogus, dialogus, elogium, analogia, & proprie infinita alia.

**Logiastæ**, publicos redditus tractabant, ne alicui desit stipendium. Buleng.

**Logarium.** § λογισταῖς. GAL. Petit conte, ou petit registre. ITAL. Picciol conto, picciol registro. GERM. Ein registerlin oder rechens buchlin täglischs aussgebens. HISP. Pequeña cuenta, ò pequeño registro. ANGL. A little counte. § Apud Ulpian. l. 3. de penu legat. accipitur pro levioribus minutioribusque rationibus, quales sis de rebus, quæ quotidie in usum familij erogantur, in adversariis solent conscribi. Verba Ulpian. Sed & chartas ad ratiusculam, vel ad logation paratas, contineri appellatione Penoris.

**Lögēum,** λογήος. Pulpitum in scena, in quo chorus Tragediarum, & Comediarum ( quoad Comedie chorus habuerunt ) ceterique

Calepini Pars I.

personam non habentes, fabulæ subserviebant. Utitur hac voce Vitruv. lib. 5.

**Lögicā.** & Logice, es, Instrumentum est, cognoscendi, sive cognitionis, & ratio verum inquirendi, cuius omnino finis est inquisitio veritatis. § λογική. GAL. Logique, dialektique, science pour disputer. ITAL. Logica, dialettica, arte da disputare. GERM. Die Kunst so da lehrt sich artlich mit einander zu unterreden vnd die wahrheit zu ergründen. HISP. La logica, arte de disputar. ANGL. Dialektik, logick, the art of reasoning. § Nonnulli Græcae vocis etymon reddentes, rationalem Philosophiæ partem appellant. Cicer. de finib. Jam in altera Philosophiæ parte, quæ est querendi ac differendi, quæ λογική dicitur, iste vester, ut mihi quidem videtur, planè inermis ac nudus est. Ibid. m. Totaque est Logice, quam rationem disseruntur subtilius.

ITAL. Torcere à guisa di luna. GERM. Nach des mons gestalt biegen.

HISP. Plegar en guisa de luna. ANGL. To make crooked lyk the moone. } Ovid. 1. Amor.

*Lunavitque genu sinuosum fortiter arcum, id est, intendit.*

Lunatus, a, um, quod est ad lunæ similitudinem factum, vel quod habet speciem lunæ. *ξελωδής, πλευρός.* GAL. Cornu comme la lune, fait en Croissant. ITAL. Ch' a forma di luna cornuta. GERM. Gestalt oder gebogen rote der Mon wahn er erst neu worden ist. HISP. Plegando en guisa de luna. ANGL. Made lik the moone horned. } ut, lunateum ferramentum. Columell. lib. 12. cap. 54. Deinde, sicut consueverunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito. Tres enim sunt figuræ crescentis lunæ, nam modò curvatur in cornua, modò in orbem circumacta, ut quum est plena, & Soli adversa: modò dimidio orbe cæsa: hoc est, quum æqua proportione dividitur: & ob id à nostris dividua, à Græcis δημότου vocatur. Virg. lib. 1. Æneid.

*Dicit Amazonidum lunatus agmina peltis*

*Pentheslea furens.*

Classis lunata, Lucan. lib. 3. Cauda lunata delphinorum, Senec. OEdip. Frons lunata vituli, Claudian. de rapt. Proserp.

Lunatici, dicuntur qui fitore laborant, non illo quidem perpetuo, sed intervallis quibusdam recurrente. { εἰ σελωταὶ αὐτοὶ. GAL. Lunati-ques, ou molades par lunes. ITAL. Lunaci, che impazzano à punti di luna. GERM. Monsüchtige. HISP. Lunaticos, alunados, locos por lunas. ANGL. Lunatiques, sickat certaine tymes of the moone. } Quod mali genus inde nomen accepit, quod lis qui ipso interlunio nati sunt, familiare esse consuevit: sive quod statim lunæ ratione intervallis soleat reverti. Iul. Firm. 4. Math. Et si luna male fuerit collocata, aut spasticos, aut lunaticos, aut caducos facit. Vide Samonicum cap. de comitali morbo.

Lunatica, quæ fiunt plenilunio. Gl. Isid.

Lunatica mulier, lunæ obnoxia.

Lunista, lunæ peritus, & intercalationis ejus. Novar.

Lunæ, Hetruriæ oppidum ad mare situm, fœcundissimis candidi matmoris fodinis, quod ab eo lunense dicebatur, olim nobilitatum.

Vulgò Luni. Plin. lib. 3. c. 6. cap. 6. Adjectit idem Nepos, Mamurram totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Caristio, aut lunensi. Lucanus lib. 1.

*— quorum qui maximus auro,*

*Arunis incoluit deserta mænia Luns, &c.*

Lunensis caseus, A luna urbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriæ, quæ Liguriæ proxima est. Erat autem hoc casei genus sola

magnitudine laudatum, ut quod librarum mille pondus nonnumquam exquaret: unde inter servorum obsonia refertur à Martiale, lib. 14.

*Caseus Hetrusca signatus imagine Luna.*

*Praestabis puerus prandia mille tuis.*

Plin. lib. 11. c. 42. Mistum Hetruriæ atque Liguriæ confinium Lunensem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula milia pondus premitur.

Lunæ promontorium, Hetruriæ promontorium est, non procul à Mætra fluo: cuius meminit Ptolemæus lib. 3. cap. 1. ἡλιοῦ ἄκρα. ¶ Est item ejusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul à Tagi ostio, apud eundem Ptol. lib. 2. cap. 5.

Lunarum, Promontorium Lalætanorum in Hispania Tarraconensi, cuius meminit Ptol. lib. 2. cap. 6. Alio nomine, Mons Iovis.

Luneburgum, Luneburg. urbs Germaniae, titulo Ducali clara.

Lunus deus, qui Luna. ¶ Lunus est cinetus, quem publicè habent servi.

Lüo, ui, Persolvo, exolvo, pendo. { בְּשַׁת הֶשְׁכִּית שְׁבֵלָה schillém שְׁבֵלָה ghamal שְׁבֵלָה padshah שְׁבֵלָה ghaal שְׁבֵלָה chippér שְׁבֵלָה nikah שְׁבֵלָה. GAL. Payer, faire faire, souffrir punition. ITAL. Purgare, pagare. GERM. Beaten/büßen. HISP. Lastar, ò pagar la pena. ANGL. To paye satisfie, to suffer punishment. } Liv. lib. 1. ab Urbe, Ut tamen debito supplicio scelus lueret: id est, debitum sceleri supplicium solveret. Dictum putatur à verbo Græco λύω, quod inter cætera significat etiam purgo, aut λύει λύει, quod est lavare, sive ablucere. ¶ Luere poenas, est dare poenas, seu ferre supplicium. Cic. Attic. lib. 3. Itaque mei peccati luere poenas. Sic luere supplicium, est supplicio affici. Iustin. lib. 1. Qui cuncte capi potuerunt; supplicia crucibus luerunt. Luere capite, est capite plecti. liv. 9. ab Urbe, Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. ¶ Luere maculas sanguine, est abstergere, purgare, eluere, & tum à lavando quidam ductum volunt. Cic. in Verrem aet. 7. Errabas, Verres, & vehementer errabas, quum tæ maculas furorum & flagitorum tuorum, sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. liv. 8. bell. Mac. Ego tamen & cum aliis pro dignitate imperij vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. Litigatior luit petulantiam patroni. Quintil. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

*Sicilicet in saperis etiam fortuna luenda est.*

(i. danda poena obterrem.) Luere poenas suppliciis meritis. Velleius. Piaculis luere fulgur. Gell. cap. 5. lib. 4. Luere piaculum, Idem cap. 6. lib. 4. Item luere noxam pecunia. Livius lib. 8. d. 4. Luere sponsonem, Idem lib. 9. ab Urbe. ¶ Luere aliquando est pretium redemptionis redemptori offerte, ait Bud. Ulpian. Qui status controversiam patiuntur, non debent per id tempus militare: sed nec hi qui ab hostibus redempti sunt, prius quam luant. Item res oppigneratas soluta pecunia liberata. Imperator in Insit. Sed eti rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres eam luere, &c. Luere i. dissolvete, ex multis locis Varr. de Ling. Lat. probat Victorius cap. 24. lib. 13. Ut à plu, plui, & pluvi reperitur; sic à luo, lui, & luvi. Lucil.

*Tantalū qui poenas ob facta nefaria luvit.*

Lüttür, impersonale. Lucan. lib. 2. §.

*hac eadem luatur*

*Quicquid Romani meruerunt pendere mores.*

Lüttö, nis, Redemptio, liberatio. { שְׁבֵלָה pidhjón שְׁבֵלָה schillum שְׁבֵלָה gheullah. λύσις, λύπη. GAL. Rachat, payment de rançon. ITAL. Pagamento che si fa per riscatto. GER. Beaglung. HISP. Paganimento de rescate. ANGL. Redemption, paying of ransom. } Ulp. de capt. & post rever. l. patre. Si patre redempto, & ante luitiōnem defuncto, filius post mortem ejus redemptiois quantitatē offerat, dicendum est suum ei posse heredem existere.

Lütfürüs, particip. Luitura poenas puppis, Claud. 4. Paneg.

Lunchus. Utitur hac voce Tertullianus de coron. mil. Quos interdiu exorcismis fugavit, noctibus defensabit incumbens & requiescens super luncho, quo per ossum est latus Christi. Lanceam militis intelligit, que deos Gentilium, id est, dæmones defenset, quos ipse miles Christianus ante fugaverat. B. Rhen. Ego est à λύπῃ, vox castrensis.

Lüendüs, Ovid. 1. Trist.

*Sicilicet in superis etiam fortuna luenda est.*

Luto, as, are, frequentativum à luo. Habes qui & cuius rei causa fece- rim Hecatomben, in quo, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi, id est, lui. Ex Norio.

Lüpär, Lupanar, Lupanarius, Lupatum. Vide Lupus.

Lüpérical, à Lupa dicitur, Locus sub Palatino monte sacratus ab Evandro Pani Deo Arcadiæ, qui Lyceus vocatur, cò quod non finat lupos in oves savire. Quamvis quidam ita appellatum velint, quod Lupa ibi Remum & Romulum nutriversit, non sicut. Ovid. 2. Fast.

*Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal:*

*Magna dati nutrita præmia latris habet.*

Lüpérical, Solennia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februatio à Lupercis siebant in honorem Panos pastorum Dei, λυκαῖα. Cicer. ad Quint. fratr. lib. 2. Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Servius enarrans illud Virg. 8. Æneid.

*Hic exultantes Saltos, nudisque Lupercos.*

Quum, inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solemnitas celebraetur, pecora Romanorum subito à latronibus rapta sunt. Illi proiectis vestibus, persecuti sunt latrones: quibus oppressis & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permanit, ut nudi Lupercalia celebrarent. Lupercalia unde & cuiusmodi, l'utarch. in Rom. & in Cesare.

Lüpérici, Sacerdotes erant Panos pastorum Dei, qui Lupercaliorum die nudi per urbem cutisabant, prægnantiūque mulierum manus, utrōque caprina pelle feriebant: qua re & fœcunditatem, & facilem partum fieri putabant. ¶ Dicti autem creduntur Luperci à Pane Deo pastorum, cui sacra & ritus faciebant in Lupercali. Græci cum Pana vocant Lyceum, deducto nomine λυκαῖα, hoc est, à lupo, quod oves à lupis tueri credebatur. Vel à Lyceo monte Arcadiæ, in quo Pan colebatur. Ovid. 2. Fast.

*Quid verat Arcadia hisclos de monte Lupercos?*

*Faunus in Arcadia templo Lyceus habet.*

Cic. 2. Philipp. Insectorum M. Antonium, quod in Lupercalibus, in quibus se debeat Cæsar amictus toga purpurea, in fessa aurea coronatus, se Lupercum exhibuerit.

Lupiæ, Germaniaæ flavius Pomponio lib. 3. Conjectura est, inquit Vadianus in Melam, eum esse, quem hodie Necharum vocant, qui haud longè à Danubij fontibus ortus per VVitembergensem ducatum lapsus, moxque in Occasum versus Rhenum seorsum illabitur. *Sirabo* longè secus quam Pomponius, lupiam in Visurgim deferri ait, ut lupiæ nomine, non Necharus, sed is amnis, quem hodie Fulda vocant, intelligatur. Tacitus (ad eo in re tantilla variant scriptores) lib. Augustæ historia 2. Lupiam vocat amnem non in Rhenum, sed in Oceanū elapsum. Hæc Vadianus. Cujus viri alioqui diligentissimi lapsum tam lupinum satis mirari non possum, præsertim in suæ Germaniaæ chorographia. Constat enim lupiam Bructerorum (hodie VWestphalos appellant) fluvium esse, qui etiæ hodie nomen retinet, & tantummodo in i. mutato, non præcul à Badenborna nascentem, ad cuius caput extat oppidulum, quod Germani sua lingua *Lipensprings* quasi Lipiæ fontem appellant: aliudque circa medium ferè fluminis tractum visitur oppidulum, quod eodem cum fluvio nomine *Lipiam* nominant. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela asserit) circa Vesalam agri Clivensis oppidum.

Lupurdum Ptolemao lib. 2. cap. 15. Urbs Germaniaæ, hodie Myrina. Vulgo Meissen.

Lupinus, i. & lupinum, substantivum. Leguminis genus est omnium amarissimum; quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit. *Hippocr. Gal. Du lupin. It. Al. Lupino. GER. Feigbonen wolfs schotten. Hisp. El altramuz.* Dictus autem putatur lupinus, à lupo natura, quod non minus terram appetat, voraxq; illius sit, quam lupus; & tellurem adeo amat, ut quamvis fructuoso solo conjectum inter folia veprisque, ad terram tamen radice perveniat. Vide Plin. lib. 18. cap. 14. Horat. 1. Epist. 7.

*Nec amen ignorat quid distent atra lupinis.*

Vide Erasmi. in Chiliad. Virg. 1. Georg.

— tristisque lupini

Sustuleris fragiles calamos.

¶ Lupinus etiam est munus in comediiis, verum representans.

Lupio, i. ire, de valde esultentibus. Plaut. Curcul. sc. 3. a. 2. lupiunt fauces fame.

Lupus, i. Animal rapax, quod nulli notum non est. *Ἐπει τέτοιος λύκος.* GAL. Un loup. ITAL. Lupo. GER. Ein wolf. Hisp. Lobo. ANGL. A wolf. Hujus fæmin. est lupa. Ovid. 1. Trist.

*Excusa est avidi dentibus agna lupi.*

Horat. Epod. 15.

Dum pecori lupus, & nautis infestus Orion  
Turbaret hybernum mare.

Virg. 3. Georg.

Quid lynxes Bacchi varia & genus acre luporum,  
Atque canum?

Horat. Epod. 16.

— habitandaque fana

Aprie relinquunt & rapacibus lupi.

Virg. 6. Æneid.

— pleno lupus insidiatus ovili.

Velleius, Nunquam defuturos Italiae libertatis raptore lupos, nisi sylva (Romana) excisa esset. Item, Quasi lupus cluriens metui, ne in me faceret impetum. Plaut. Capt. sc. 3. a. 4. Ut malis lupos apud oves linquere, quam hos domi custodes. Idem Iseus. sc. 2. a. 1.

*Vtque rapax stimulante fame, cupidusque crux, in*

*Incuspiditum capiat ovile lupus.*

Ovid. Eleg. 5. lib. 1. Trist. ¶ Est etiam lupus, pisces genus, quem Romani olim pisibus omnibus prætulerunt, & cōsque præcipue, qui in Tyberi inter duos pontes capi essent: quos catillones, hoc est, liguitores vocabant: metaphorâ ducta ab hominibus gulosis & delicatis, quos ideo Catillones vocabant antiqui, quod assumptis cibis, ipsos etiam catillos lingerent. *λαγός.* Est enim hic pisces voracissimus, stercoisque, ac latrinarum avidissimus sectator, à nullo fordiū genere temperans. Paulus Iovius in eo libello, quem de pisibus Rom. edidit, Spigolam vocari ostendit: multisque argumentis eorum opinionem convincit, qui hunc, Sturionem esse putaverunt. Plin. lib. 9. cap. 17. Postea præcipuum autoritatem fuisse lupo & asellis, Cornelius Nepos, & Laberius Poëta Mimorum tradidere. Luporum laudatissimi, qui appellantur lanati, à candore molliaque carnis. Martial. 1. 3.

*Laneus Eugani lupus excipit ora Timavi,*

*Æquoreo dulces cum sale pastus aquæ.*

Idem lib. 2.

*Mullum dimidium, lupumque totum.*

¶ Item lupus, genus est freni asperimi, quod & lupatum dicitur, à lupinis dentibus, qui inæquaes sunt, quorum propterea morsus est asperrimus. His frenis utebantur Galli. Ovid. lib. 4. de Tristibus.

*Tempore paret eques lentis animosus habens,*

*Et plauso durus accipit ore lupos.*

¶ Item lupus, est instrumentum aduncum, quo vasa quæ in puteum forte ceciderunt, extrahuntur: *λαγός.* Græco vocabulo, & à nostris arpaço nominatur. Liv. 8. bell. Punic. In alios lupi supernæ ferrei injecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. ¶ Itē aranei genus. Plin. lib. 11. cap. 4. luporum nomine minimi non texunt. ¶ Hoc nomine etiam dicta est herba, quæ asparagi vice mandi solet: quæ & lupus salicarius appellatur, quod salices ad similitudinem vitis ascendat. Hanc herbam Officinaæ vocant lupulum, Galli houblon. Ea utuntur Belgæ ad coniendum cervisiam admistis frugibus. ¶ Item lupus (ut Palladius autor est) ferula manubriata vocatur. ¶ Ovem lupo commisisti. Terent. in Eunucho. Concinne hoc utemur proverbio, quoties ei servandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 2. Philipp. Etenim in concione dixerat se custodem futurum urbis, usque ad Calendas Maias ad urbem exercitum habiturum. O præclarum custodem

Calepini pars 1.

ovis (ut aiunt) lupum. Custosne urbis, an direptor, & vexator esset Antonius? Quadrare videtur quoties inimico negotium committitur, eique qui nobis pessimè velit; propterea quod lupus & agnus genuino quodam odio dissident. ¶ Lupo agnum eripere. Plaut. Pœn. Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Hoc uti possumus proverbio, ubi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus injecti rapax aliquis. Improbum enim videtur, sperare futurum, ut lupus agnum semel arreptum amittat. ¶ Lupus est in fabula, proverbium est notissimum, quo utimur quoties nostro sermoni supervenit is, de quo loquemur, & nobis sua præsentia amputat loquendi facultatem. Proverbium tractum est à ludi natura, quem ferunt iis, quos prior aspicerit, vocem includere. Ad quod alludit Virg. 6. Eclog.

— vox quoque Mærim

Iam fugit ipsa; lupi Mærim videre priores.

¶ In raucum dicitur, & cui vox repente sit adempta. Festivius dicetur in eos, qui metu alicuius obticescunt, alioqui feroce. ¶ Lupum auribus tenere, proverbium est, quod in re anticipi periculosaque dici solet. Nam qui auribus lupum teneret, nec cum dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. Sueton. in Tiber. 10. cap. 2. 5. Cunctandi causa erant metus undique imminentium discriminum, ut sepe lupum se auribus tenere diceret. Lupus aquilam fugit, *λύκος ἀπὸ φύσης.* Ubi periculum emens evitari non potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit. ¶ Lupus ante clamorem festinat, *λύκος ἀπὸ τῆς φύσης αὐτοῦ συνέδεται.* Ubi quis admissi conscius, ultra timet priusquam accusetur; siquidem lupus, simulatque prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore, veniat in periculum. ¶ Ale luporum catulos, *λύκαι λυκιδεῖς.* Proverbium est, teste Theocriti interprete, in eos qui laeduntur ab iis, de quibus bene meriti sunt: aut in ingratis. ¶ Lupus hiat, *λύκος ἵζεται.* Dicebatur si quis re multum sperata, multumque appetita frustatus discederet. Aut enim lupum prædæ inhalantem rictu late diducto accurrere, quasi frustretur, obambulare hiantem: Arist. in Lystrata. ¶ In laqueos lupus, *εἰς τρύγα οὐ λύκος.* Quum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discriben. ¶ Ex ore lupi, *εἰς λύκος σφράγεται.* Ubi tes quæpiam præter spem recipitur, quæ jam planè periisse videbatur. ¶ Ut lupus ovem amat, *εἰς λύκος αἴρει φίλα,* qui sui commodi gratia simulat amorem: nam is vulgo dicitur amor, quum revera sit odium. Socrat. in Phædro. ¶ Lupus pilum mutat, non mentem, *λύκος τὸν τείχον, εἰ τὸν πάντας ἀπάντη.* Senecta canitatem affert improbis, non item aufert malitiam. ¶ Lupus est homo homini, non homo, quum qualis sit, non novit. Plaut. Asinæ. sc. 4. a. 2. Hoc proverbio monemur, ne quid fidamus homini ignoto.

Lupus, aris, scortor, meretricor. Non.

Lupus, i. Salicatus memoratus à Plinio vulgariter lupulus. Græci hodie vulgo Bryon dicunt, nimirus, à Bryonia similitudine. Utuntur eo ad coquendam cervisiam. *{ GAL. Houblon. GERM. Hopfen. Hisp. Hombrezillo. }*

Lupæ, æ, fœmininum. *{ λύκη, πόρη. GAL. Louve, paillarde publique. ITAL. Lupa, bagascia, putana. GERM. Ein wölfin: Hisp. Loba, à la pute del bordel, à ramera. ANGL. Ashe wolf, a common hoore. }* Plin. de vīris illustr. Ad vagitum lupa accurrit, eosq; uberibus suis aluit. Ovid. lib. 3. de arte amandi.

— rapida traxis ovile lupa.

¶ Ponitur tamen, quandoque pro meretricie, quod ut lupa edendi, in hæc quæstus appetens sit. Plutarch. in Rom. Plaud. in Epid. Devotunt mores virginis longè, ac lupæ. Cicer. pro Mil. Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. Sic lupa dicta fuit Laurentia uxor Faustuli, nutrix Romuli & Remi, quam id cognominis volunt ex moribus traxisse, quod corpus suum pastoribus vulgaret, & quia stuprum Iliæ admissum fuit in luco aræ, & lupos Martis tutelæ gemitis superstitione suppedituit; concurrentibus nominum favoribus, à vera lupa fera, Romulum lactatum fuisse finixerunt.

Lupanæ, Prostibulum, ganeum, in quo lupæ, hoc est meretrices prostari. *{ λυγνός, γαμαριπένος. GAL. Bourdeau, ou bordel. ITAL. Chiasso, bordello. GERM. Ein hurenhaus. Hisp. El burdel. ANGL. A brothels house. }* Quint. lib. 7. c. 4. An reprehensus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit, queritur. Juven. Sat. 6.

Intravit calidum veteri cencione lupanar.

Oblitum lupanar, Catullus.

Lupanarium, ij. lupanar. *{ λυγνόβοσκενος. ANGL. A brothels house. }* Ulp. 1. 27. §. 1. D. de peti. hæred. Licet à lupanario perceptæ sint: Nam & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

Lupanarius, lupanarij dominus. Lampr.

Lupanaris, e, ut infamia lupanatis apud Apuleium, pro spurca & foeda fama, qualis esse soler meretricibus. *{ λυγνογραπής. GAL. De bourdeau. ITAL. Di bordello. GERM. Das des hurenhaus ist. Hisp. Cosa de burdel. ANGL. Of a brothels house. }* Ambros. Cum meretricibus se taberis in contubernio lupanari.

Lupor, aris, ari, Scortari, meretricari. *{ λυγνά, πρόγνων. }* Turpilius apud Nonium. Qui cum meretricie per vias habitu nostro lupantur. Antiquum.

Luparilus, ij. qui venatur lupos. *{ λυκοθητες. GAL. Chasseur de loups. ITAL. Cacciatore de lupi. GERM. Ein wölfs idger. Hisp. Caçador de lobos. ANGL. That hunteth wölfes. }* Servius in comment. Georg. Constat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.

Lupatum, i. lupus pro freno asperimo. *{ λυγνόβοσκενος. GAL. Un mors de bride fort rude, un frein fort aspre. ITAL. Morso aspro, duro. GERM. Ein schärf gebiss wie man es den rossen einlegt. Hisp. El freno de la brida, à del coscoja. ANGL. A sharpe bitte for an horse. }* Virg. 3. Georg.

— pressaque negabunt.

Verbara dura pati, & duria parere lupatim.

Dicta lupata (ut Servius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquaes sunt, unde & eorum morsus vehementer obest. ¶ Lupatus masculino genere dixit Solinus cap. 57. Isque adeo sprevit lupatos, ut de industria cernuatru ruina & sc. & equitem patiter affigeret.

R.R. 2

Lupinæ,

Lūpīnūs, a, um, quod est lupi. **GAL.** De loup. **ITAL.** Lupino, di lupo. **GERM.** Das desf wolfs ist / der von einem wolff. **HISP.** Co- sa perteneciente à lobo, à loba. **ANGL.** Belonging to a wolf. **Cicer. in Catil.** Quem inauratum in Capitolio parvum atque lactantem uberibus lupinis inhantem fuisse meministis. **Plin. lib. 18. cap. 11.** Lupino quoque adipe, vel medulla suum, fricari oculos contra lippituidines præcipiunt.

**Lūrā,** (inquit **Festus**) Os culei, sive utris, ab antiquis dicebatur. **LURCO,** as, à lura, ob ingluviem. Cibum cum aviditate nimia sumo. **GAL.** Manger avidement. **ITAL.** Inghiottere. **GERM.** Sehig fressen/schlemmen. **HISP.** Tragar mucho. **ANGL.** To eat greedily like a glutton. **Pompon.** Syru apud Nonium, lardum lurcabat lubens.

**Lürçör,** aris, deponens, idem Lucil. **Satyr. 2.**

*Vt lurcetetur laridum & carnaria furtim.*

**Lürconēs,** dicti sunt gulosi, bonorum suorum consumptores, comedones edaces. Sic dicti à Lura, Fest. **GAL.** Gourmands, qui dependent tout leur bien en gourmandise. **ITA.** Ghiottoni, gulosi. **GER.** Schlemmer/prasser/die ir hab vnd gut vnnüchlich verdempfen. **HISP.** Gulosos à glotonas. **ANGL.** Gluttones, gulliguttes. **Plaut. in Persa**, Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax. **Lucil. Satyr. lib. 5.** ut citat Nonius,

*Edito lurcones, comedones, vivite ventres.*

**Suct.** de clar. Gram. c. 15. Laſtaurum, & lurconem, & nebulonem, pōpinonémique appellans, & vita scriptisque monstrorum.

**Luria** oxymelum appellatum, quod aceti & mellis permixta conficitur materia, unde & dulcedinem retinet, & acorem.

**Lürídūs, a, um,** à similitudine luræ, i. utris coriaci. Quicquid est supra modum pallidum, quasi loridum, seu loro percussum, & lividum factum. **GAL.** jermkrák. **ANGL.** meurtri d'escorgées, blaffard. **ITAL.** Pallido, molto. **GER.** Ganiz bleych. **HISP.** Cosa de color amarillo. **ANGL.** Pale as beaten with whip-pes, wanne. **Horat. lib. 3. Carm. Od. 4.**

*Mixérétique parties fulmine luridum Missos ad orcum.*

**Ovid. 1. Metam.**

*Lurida terribiles miscent aconita novacea.*

**Horat. 4. Carm. 13.**

*& refugit te, quia luridi.*

**Dentes, quia ruga**

*Turpant & capitis nives.*

**Viden illi corpus macelis maculari luridis.** Plaut. **Capt. sc. 4. a. 3.** **Ovid. 15. Metam.**

*Solis quoque tristis imago*

*Lurida sollicitis præbebat lumina terris.*

**Idem 14. Metam.**

*me luridus occupat horror.*

**¶ Lurida, avis, icterus.**

**Lürör, is, masc. gen. Pällor. color subflavus.** **GAL.** jerakon. **ANGL.** Palleur. **ITAL.** Pallidezza. **GERM.** Bleiche/rotlēnsarb. **HISP.** Amarillez. **ANGL.** Paleness, waneness. **Lucr. lib. 4.**

*Lurida præterea sunt, quæcunque tueruntur*

*Arquati; quia luroris de corpore eorum*

*Semina multa fluunt simulacris obvia rerum.*

**Lūscīnīā, x,** Avis cantus suavitate præcellens, quæ & philomela appellatur, ita dicta, ut volunt, quod lugens canat, aut certè quod canat ante lucem. **GAL.** Rossignol. **ITAL.** Rossignolo, lusignuolet. **GERM.** Ein Nachtgal. **HISP.** Ruyseñor. **ANGL.** The nightingale. **Plin. lib. 10. cap. 29.** Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissione cantus, densante se frondium germe, non in novissimum digna miratu ave, **Horat. 2. Serm. Satyr. 3.**

*Luscinias soli impenso prandere coemptas.*

Poëtae fabulantur Philomelam à Tereo violatam in hanc avem fuisse mutatam, ad quam fabulum alludit **Martial. lib. 14.**

*Flet Philomela nefas incesti Tereos, & qua*

*Muta puella fuit, garrula fertur avu.*

Ob eandem causam & Attis dicitur. Fuit enim Philomela patria Atheniensis, Pandionis regis filia. **Martial. lib. 6.**

*Sic ubi multisona ferret sacer Attide lucus.*

Animadvertisendum contra plures, qui hanc fabulam tradiderunt, existimasse Gorgiam, Philomelam in hitundinem, Prognem sororem ipsius in lusciniam conversam fuisse: quam etiam opinionem sequutus est Marcus Varro. Lusciniola luctuosæ canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. Et Virg. Ecl. 6.

*Quas illi Philomela dapes.*

Ex comment. Petri Victorij in 3. lib. Rhetoricorum Aristot. Nec quantum lusciniæ dormiunt, *οὐ δὲ ἀνδρεῖς οὐ γάρ τις.* In eos convenit, qui somni sunt parcissimi, lusciniæ minimum dormire referuntur, vel propter Ityn extinctum vel propter timiditatem. Potius dictum videtur, quod lusciniæ vernis mensibus per omnem ferè noctem perpetuo canu cantant.

**Lūscīnōlā,** diminutivum. **GAL.** Pecc. roſſignol, roſſignolet. **ITAL.** Picciolo lusignaolo, lusignoletto. **GERM.** Ein kleine nachtgat. **HISP.** Pequeño ruyseñor. **ANGL.** A little nightingale. **Plaut. in Bacch. Pol ego quoque meruo lusciniolæ ne defuat cantio.**

**Lūscīosūs,** sive luscitosus, is dicitur teste Nonio, qui ad lucernam non vider. **GAL.** Qui a courte veue. **ITAL.** Che ha corta vista. **GER.** Obersichtig, ein blinhang, der bey dem siecht nicht gesicht. **HISP.** El que tiene corta vista. **ANGL.** Pooreblind. **Varro disciplinarum lib. 8.** ut citatur à Nonio, Vespere non videre quos appellant lusciosos. Idem etiam Andabais. **Ædepol** idem cæcus non lusciosus est. Budæus in ann. lusciosos sive luscitosos eos dici existimat, qui proprius admota oculis vident, remora vero non: quod genus homines res intuendas oculis ferè contingere solent, & limis etiam clusisque oculis aspicere, et solumque à Græcis μύων vocari ait. De Myope, quem lusciosum vocant, Gell. 1.2. lib. 4. Miror lolio vicitate te, &c. Tu cæcus, non lusciosus. **Plaut. Mil. sc. 2. a. 2.**

**Luscito, nis,** Virtus visus, quod Græci νεφελωνία, νεφελωνη dicunt, Ulpian. in 1. idem filius §. nem. ff. de ed. edicto, luscitionem quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil vider. Quidam tamen nescitionem, quidam elusionem hic legunt.

Luscitus, μύων. Onom.

**Lūscūs, i,** qui altero captus est oculo. **GAL.** Lousche, borgne. **ITAL.** Losco. **GERM.** Eindugig. **HISP.** Tuerio, minguado de un ojo. **ANGL.** That hat bot one eye, poore blind. **Qualis** fuit Annibal, de quo Juvenal. **Satyr. 10.**

*Quum Getulæ ducem gestaret bellua luscum.*

**Ædepol** lenones novisti, lusce, lepidè. (Suprà dixerat, unicule.) **Plaut. Curc. sc. 3. a. 4.** Reddidi lusco liberto tuo M. Quos luscos libertos, &c. **Ibid.** Vide Juvenalis Interpretem Sat. 7. **Cic. lib. 2. de Orat.** Et tamen id dixit, quod in omnes luscos conveniret. **Martial. lib. 8.**

*Oculo Philenis semper altero plorat:*

*Quo siat istud quaris modo? lusca est.*

**¶ Compositum** Elusco, as, quod est luscum facio, & oculum eruo, μηδέ. **Scribit Julianus Jureconsultus.** Aquilia lege teneri cum, qui cluscaverit discipulum in disciplina.

**Lūsīo,** vide **Ludo in Ludus.**

**Lusitania,** Λυστινία, Tertia Hispaniæ pars, ad Septentrionem, Durio amne à Tarraconensi provincia, ad Ausium, à Betica Ana fluvio dimpta: cuius descriptionem vide apud Plin. lib. 4. c. 21. & Ptolemaui lib. 2. c. 5. Strabo tamen lib. 3. lusitaniam ad Austrum Tago flumine terminat. Dictam autem volunt lusitaniam à Luso & Lygia. Liberi patris Comitibus, qui cum bacchantes in Hispaniam secuti sunt, ut tradit lib. 3. c. 1. Hodie Portugaliam appellant.

**Lūsīo,** vide **Ludo in Ludus.**

**Lusius,** Λυσίος, Arcadiæ fluvius frigidissimus, Gortyniam vicum præterfluens, in quo Jovem primum ablutum fuisse Arcades afferunt, & nomen accepisse putatur. Vide Cælium Rhodig. lib. 13. c. ult. **¶ Fuit** lusius quidam, Marij ex sorore nepos, qui quum Trebonio generoso adolescentulo vim afferte conaretur, ab eodem occisus est. Valer. lib. 6. c. 1. Clusum appellat.

**Lusipat,** Λυσιπάτης Ptol. lib. 3. c. 1. Calabriæ urbs, Lupia Plinio.

**Lussoi,** Λυσσοί, urbs Arcadiæ, ubi Melampus Præti filias lavit, & ab insania liberavit. Civis lusius, lusiates, luteus, Steph.

**Lūstria,** & Tubi Lustria. **Ovid. 5. Fast. in fine.**

**Lustrum,** i, Ferarum habitaculum in sylvis, latibulum, latebræ à luto, ut Servius putat, eo quod apri suésque sylvestres in lutoferè locis sua habeant cubilia. **¶** Τοῦ sother τοῦ sothoch. αὐδαῖος, ηγαῖος. **GAL.** Caverne où se retirent les bestes sauvages és bois. **ITAL.** Habitazione di fieri, caverna dove se retiranno gli animali salvatici. **GERM.** Ein hûle der wilden thieren. **HISP.** Lugar de las fieras. **ANGL.** A cave or denne where wold beast's haunleth. **¶** Alij putant lustrum per antiphrasim dictum, quod minimè sit luce illustratum, sed obscurum & immundum. Virg. 1. Georg.

*Non absunt illis saltus ac lustra ferarum.*

**¶ A** qua similitudine ij, qui in locis abditis ac sordidis desidiae ac ventri indulgent, in lustris agere vitam dicuntur. Propter quod & lustra dicuntur popinae & lupanaria, ubi scorta delitescant. **¶** Τοῦ προτίτης, τὰ προβοκαῖα. Cic. 2. Philipp. Quum omnes impuritates impudicæ in domo quotidie suscepitis, vino lustrisque confessus. **Idem Cassio,** Quæ autem in lustris, & in vino commentatio potuit esse? **Plaut.** Afin. sc. 2. a. 2. Corruptæ & liberis lustris studet. **Idem Cura. sc. 2. a. 4.** Lenones male suadendo & lustres lacerant homines. **¶** Lustrum item dicebatur sacrificij quoddam genus, quo urbis lustrandæ gratiâ, sus, ovis, & tauri immolabantur. **Liv. lib. 2.** Omnes centuriæ & equites in Campum Martium convocati, sue, ove, tauro, cæsis immolarunt: quod lustrum dictum, sicque à sacrificio illo censu obtinuit nomen lustri. **Idem lib. 5. d. 5.** lustra sacrificare. **Lustrum** autem quemadmodum Varro est autor, à luendo dicitur, id est, solvendo; quod quinto quoque anno vestigalia per Censores locata persolvebantur: & à civibus tributa conferbantur. **¶** Quia vero census ipse, sive lustrum quinto quoque anno habebatur (quo temporis spatio durabat Census magistratus, invaluit consuetudo, ut lustra appellatione, spatiū quinque annorum appelletur: quod Olympias apud Græcos dicitur, id est, quinquennium: ita tamen ut quadriennio exacto, quinto quoque anno incunte, lustrum peractum intelligatur).

*Iamque decem lustris omni sine labe peractus,*

**Ovid. Eleg. 8. lib. 4. Tripl.**

*Novémque*

*Addiderat lustris altera lustra novem,*

**Idem Eleg. ult. lib. 4. Tripl.** **¶** Η νενενέα, η μετανέα, η τετρανέα. **GAL.** Espace de cinq ans. **ITAL.** Spacio di cinque anni. **GERM.** Ein zeit fünff jar begreiffend. **HISP.** Espacio de cinco años. **ANGL.** The space of five years. **¶** Plin. lib. 2. c. 47. Omnium quidem (si libeat observe minimos ambitus) fedre easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modo, verum & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri ejus semper intercalari anno Caniculae ortu. Intercalarem annum dixit, quem bissextilem dicimus. Ulpian. in 1. 4. §. 1. D. de rebus cred. Nam et si colonus post lustrum completerum fructus perceperit condici eos constat. **Tacitus** secundum lustrum dixit, ut secundam Olympiadem, de ludicro quinquennali loquens Romæ instituto. **Hæc Budæus.**

**Lustrius,** frater mariti. **Gl. A. L.**

**Lūstro,** as, Peragro, ambio, circumago, abeo, viso. **¶** Τοῦ σαταῖνος σαταῖνος. **GAL.** Environner, tournoyer, parcourir. **ITAL.** Circondare. **GERM.** Durchgehren, umbgehren / beschwaren. **HISP.** Andar en derredor del lugar. **ANGL.** To environne, to go about. **¶** **Lataut.** lib. 2. Sed luna quæ oībem illum signiferum triginta dierum spatio lustrat. **Cic. lib. 5. de finib.** Cur ipse Pythagoras, & Egyptum lustravit, & Persam magos adiit? **Virg. lib. 3. Eneid.**

*quod turior hospita lusters*

*Æquora, & Ausonio possis considere porci.*

**Idem lib. 4. Geog.**

*Arváque Riphais nunquam viduata pruinis*

*Lustrabat.*

**Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Tripl.**

*Sævus anhelanti mœnia lustrat equo,*

**¶** Interdum significat expiare. **¶** Τοῦ chippér της nikáh. dyvíçç, dññadjuçç. **GAL.** Purgare. **ITAL.** Purgare. **GERM.** Reinigen. **HISP.**



Lleno de lodo. ANGL. Full of clay. Plin. lib. 18. cap. 19. Lutosam terram ne tangito. Columell. lib. 12. cap. 54. Raporum quam rotundissima sumito, eaque, si sint lutosa, detergito; & summam cunctem novacula decerpito.

Lütüentus, a, um, Lutosus. ξπλώδης, βοσκόδης. ANGL. Diritie. Colum. lib. 2. de arboribus, c. 12. Lutulentam terram neque arare, neque fodere oportet. Cic. in Salust. Itaque nihil aliud studet, quam ut lutulentus sus cum quovis voluntari. Horat. 1. serm. Satyr. 4. de Lucilio.

Quum flueret lutulentus, eras quod tollere velles.

Lutensis, e, luto nutritum. Plin. lib. 9. cap. 37. Purpuræ nomine alio pelagiae vocatur. Earum genera plura, pabulo & solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga vilissimum.

Luto, as, luto, inficio, sive obliquo. ξπλώα. GAL. Enduire ou salir de boue.

ITAL. Infangare. GERM. Mit leim oder latt bestreichen, mit latt oder that mauren. HISP. Enlodar con lodo. ANGL. To desile with clay. Cato de re rustic. c. 92. Postea conspergo it amurca bene omne quod lutaveris.

Ponitur etiam pro maculate, Mart. lib. 14.

No lutet immundum nitidum ceroma capillos.

Usus est Pers. satyr. 3.

— crassisque luteatus amomus.

Luto, exsolvo; à luo.

Luto, lavo. Gloss. Cyrill. ολύνω, luo, luto, labo, leg. lavo.

Lutor, ήλιαστος. Gloss. id est qui judicat. Scap. V. ήλιαστος. Lutor, id est pallor, squallor, ut ex Apulecio interpretatur Laurenbergius.

Lütatius, particip. Lampr. in Heliogabal. Sed ubi primùm lutati sunt tili statuatum, milites omnes exarserunt.

Lütescere. Significat luteum fieri, & in luti morem mollescere. ξπλώ-αζ. GAL. Se convertir en boue. ITAL. Divenir fango. GERM. Zu that werden/ sind werden wie der that. HISP. Ser enlodado. ANGL. To roaxe clay or lyk clay. Cato de re rustic. cap. 28. Nam quæ limo, cœnōque lutescant ut ante jam dixi, conchyliis magis & jacentibus apta sunt animalibus. Nonius ex Poëta veteri,

Sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.

Gell. cap. 11. lib. 18.

Lütamentum, i, Paries, aliudve opus ex luto confectum, luteo oblitum. ξπλώε. GAL. Chose faire de terre, ou boue. ITAL. Cosa fatta di terra, o loto. GERM. Ein leimine oder kaftige wand. HISP. Cosa hecha de lodo, o de tierra. ANGL. A wall or any thing made of clay. Cato de re rustic. cap. 28. Neque mures cava facient, neque herbae nascentur, neque lumenta scindent se. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. Multos homines lutulentos reddidit.

Lütarius, a, um, quod in luto degit. ξπλωτος. GAL. Qui vit en boubier. ITAL. Chi vive nel fango. GERM. Das in dem that oder mau lebt. HISP. Cosa que vive en el lodo. ANGL. That liveth in the clay. Ut Testudines lutariæ, apud Plin. lib. 32. cap. 4. Lutarius nullus, qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni nullorum genere, teste Plin. lib. 9. cap. 7.

Lütium, Iotium. Gloss. Lucium. ξπλώ, lege Lotium ξπλώ, Lütum, Herba eadem est, quam & luteam diximus vocari, quam olim cœruleo suberitæ, chrysocollam adulterinam faciebant. λυτιάζων quibusdam, Virg. 4. Ecloga,

Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti

Murice jam croco maturabit vellera luto.

Vitruvius, luteum appellat per tres syllabas. Unde nonnulli etiam apud Virgilium, Luceo, legendum censem, duabus postremis syllabis in unam contractis.

Lutzenburgum, Utbs in Gallia Belgica sita. GERM. Lutzenburg.

Lüx, ucis, Splendor, fulgor, claritas, & propriæ ea, quæ à Sole diffusa, orbem illustrat. ξπλώρ. φως. GAL. Lumière, clarté. ITAL. Luce, splendore. GERM. Leicht. HISP. La luz. ANGL. Light, clearness. Cic. de divin. Si Deus erat, cur se contra naturam abdidit, ut patefactus aratro lucem aspiceret? Hinc lucem intueri dicimus, pro vivere ac vita frui. Quoniam autem dies clara est, quemadmodum nocte obscura, usurpatur quandoque pro die, sicut nocte pro tenebris. Gell. lib. 2. cap. 29. Alta luce orta, avis in pastum profecta est. Martial. lib. 8.

Quum facias versus nulla non luce ducentos.

Cic. pro Mil. Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij, & opinor, ultra. Alia lux fori. Quintil.

Non tibi nunc primum lütæ mea raptus ero.

Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Luce mihi gestum est,

Idem 13. Metam. (de Viuße.) Luce lucebit hoc jam. Plaut. Cœrc. sc. 3. a. 1. Sum tibi Jupiter, alius Fortuna, lux. Idem Capt. sc. 1. a. 4. Invisam habebis lucem. Senec cap. 3. de consol. ad Marc. Tibull. lib. 4.

Seu celer hybernas (Sol) prope at decurrere luce,

Ovid. 3. Fast. Lucibus impexus. (i. diebus) Item lux narrandi. (i. perspicuitas.) Quintil. Prima luce, hoc est, ubi primū cœperit dilucescere: sicut contraria, Primis tenebris, id est, incipiente iam nocte. Terent. Adelph. Cœterum rus cum filio, cum prima luce ibo hinc. Ubi Donatus cum primo lucu, legit: ita enim ait, Cum primo lucu, veteres dicebant, Luceum pro luce, seu Sole ponentes. Ergo, Cum primo luctu, id est, quum primū Sol cœperit lucecere. Liv. 1. ab Urbe. Ut omnes ciues Romani, equites, pedestresque in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent. Cœsar lib. 1 bell. civ. Prima luce. In primam lucem differre convivium. Suet. in Cœs. c. 81. Lux autem dœs ἡλικη dicta est: ἡλικη enim veteres Græci appellant primam lucem, quæ præcedit Solis exortum: quod etiam summum mane dicitur. Aliquando idem est quod splendor & nitor. Lucret. lib. 4.

Viridis cum luce smaragdi.

Virg. 1. Æneid.

Exultat telis & luce coruscus ahena.

Aliquando est vitæ usus. Cic. 1. Tusc. Tamen objiciebatur interdum animo metus quidam, cogitanti fore aliquando finem hujus lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum. Lucem rapuisti Ciceroni, (i. vitam.) Velleius. Lucis usuram alicui date, est finire cum vivere. Cic. in Verr. act. 7. Cur, inquam, civibus Romanis, quos piratae cœperant, securi statim percussis, ipsis piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? In luce, pro in Repub. vel in publico, dicit venustè.

Idē in Cat. Majore. Nec verò ille in luce modò, atq; in oculis civium magnus, sed intus domique præstantior. ¶ Lux mea, blandiendi vox, qua mulierculis blandimur. Martial. ad Gell.

Si non mentiris, si verum, ux mea, dicit.

¶ Lux, pro oculis. Stat. lib. 11. Theb. Et effossæ squalent vestigia lucis.

¶ Luces in plurali, pro stellis, Cic. in Arato,

Ille qua fulgent luces ex ore corsuco.

Luci, adverbium, Interdiu, de die. X. Noctu. ξ πολλα ημέρα. GAL. De jour. ITAL. Di giorno. GERM. Am tag/ oder tagzeit. HISP. Entre dia. ANGL. In tyme of day. Cic. 11. Philipp. Quis enim audeat luci, quis in militari via, quis benè comitatum, quis illustrem aggredi? Plaut. in Menachmis, sc. 6. a. 5. O facinus indignum, & malū, Epidamnij cives, herum meum Hoc in pacato oppidoluci deripier in via! Gell. cap. 18. lib. 11.

Luculentus, a, um, quod est luce plenum, clatus, splendidus. ξ πολλα ημέρα. ηλιός ονομασίας. GAL. Fort clair, plein de lumiere. ITAL. Rilucente, chiaro, splendido, pieno di luce. GERM. Heiter, hâlls liecht. HISP. Claro, lleno de luz. ANGL. Bright, full of light. Cic. Treb. Camino luculento utendum. Plaut. in Cœrc. Pulchrum & luculen- tum hoc nobis evénit prælium. ¶ Aliquando accipitur pro ornato, gravi, eleganti. Salust. in Catilina, Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & utilem Reipub. ¶ Ponitur aliquando pro probato, & optimo: ut quum Cicer. ad Attic. lib. 7. dicit, Luculentus autor, & luculenta conditio, id est, optima, vel opima. Plaut. in Rud. Vin' tibi luculentam conditionem ferre me? ¶ Aliquando pro divite. Idem in Capt. Multos jam luctum luculentos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno: Cicer. 7. Philipp. Luculentam tamen ipse plaga accepit, ut declarat cicatrix, M. Vin' tu facinus luculentum In-spicere? Plaut. Men. sc. 2. a. 1.

Luculentér, adverbium, Egregiè & splendidè, valde, multum. ξ πολλα ημέρας.

GAL. Clairement, gentillement. ITAL. Chiaramente, splendidamente.

GERM. Fein, herrlich, scheinbarlich. HISP. Claramente y manifestamente. ANGL. Clearlie, planelie. Cic. 2. de finibus. Quum Græce, ut vi-

deor, luculenter sciām.

Luculentè, Idem. Cic. 1. de divin. Quum ipse paucis interpositis veribus dicas satis luculentè. ¶ Aliquando ponitur pro apertè. Cic. de clari Orat. Et luculentè scriperunt, etiam si minus quam tu politè.

Luculentas, atis antiquum est. Laberius Tucca, ut citat Nonius, Do-

minus noster tua luculentate captus. Cæcilius Hymnide, Vide Lu-

culentatem ejus, & magnificentiam apud eundem.

Luceo, es, xi, Splendeo, lucem emitto. ξ πολλα ηραγόν, φέρειν, φέρειν. GAL. Luire, rendre lumiere & clarté. ITAL. Lucere, resplendere. GERM. Scheinen. HISP. Luzir, o resplender. ANGL. To grieve light, to shine. Cic. in somn. Scipionis, Luna quæ luce aliena. Hoc non multò post luce lucebit. Plaut. Cœrc. sc. 3. a. 1. Hoc lucet, inquam, Res palam est. Idem Merc. sc. 2. a. 2. Quicquid ex disposito lucebit (id est, Mundus) Senec. c. ult. de consol. ad Marc. ¶ Aliquando significat, diem esse. Plaut. in Mil. Vigila, expurgiscere, inquam, lucet.

— Cùm cras lucefere Nonas

Dicimus.

Ovid. 5. Fast. Cic. pro Rose. Amer. Occisus est cœnā rediens: nondum lucebat, quum Amerix scitum est. Idem 7. Verrina, Lucebat jam ferè. ¶ Luceit facem alicui, aut cereum, est, alicui præferre facem, aut cereum. Plaut. Cas. Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem. Idem in Cœrc. Tute tibi puer es laetus, luces, cereum. ¶ Ejus compo-sita sunt, Alluceo, colluceo, diluceo, eluceo, interluceo, pel-luceo, sive perluceo, reluceo, & transluceo: quorum significata suis explicantur locis.

Lucebit, vulgo diebit. ξ πολλα ηραγόν, ρύπανται γύριται. GAL. Il fait clair, il fait jour, le jour pointé. ITAL. Si fa giorno. GERM. Es tagt/es feht an heiter werden. HISP. Se haze dia. ANG. Ir roxeeth light tord ay. Plaut. in am. hist. Exire ex urbe priusquam lucebat volo. Liv. 4. ab Urbe. Et jam lucebat, omniaque sub oculis erant. Antiqui dicebant, lucebat hoc, cum videlicet Cœlum, aut inane illud spatium intelligerent. Plautus Amph. Eamus Amphitruo, lucebit hoc jam; & Ter. in Heaut. Lucebit hoc jam, cesso pulsare ostium. Item Plaut. Cœrc. sc. 3. a. 1. Hoc non multò post luce lucebit.

Luces, particip. Splendens, conspicuus. ξ πολλα ηραγόν, φέρειν. GAL. Luisans. ITAL. Lucente, GERM. Scheinend. HISP. Luzida, cosa resplandeciente. ANGL. Giving light. Virg. 6. Æneid. Lucentemque globum lunæ. Faces lucentes. Ovid. 3. Fa. Marmora lucentia, Stat. 1. Syl. Tunicae lucentes auro, Idem 9. Theb.

Lucerius, ζως. Gloss. leg. Lucetius. Ita dictus, quia lucis auctor die-sipiter.

Lucibile, φαττιδο. Onom. Serv. in 6. Æneid. Lucens est, quod aliundè illuminatur: lucibile, quod per se lucet: ut patulum est, quod per se pa-tet, patens, quod aperit & claudit.

Lucidus, a, um, Clarus, perspicuus, luculentus. ξ πολλα ηραγόν, φέρειν, φέρειν. GAL. Clair, plein de lumière, rendant clarté. ITAL. Lucido, chiaro. GERM. Das heiter und hâll ist, scheinbar. HISP. Claro, lu-zido, resplandeciente. ANGL. That giveth light full of light. ut, lucida nox, apud Plin. lib. 2. cap. 7. Ovid. Epist. 2. 1.

Nec premit articulos lucida gemma meos.

Idem 1. Fast.

Lucidior visa est, quam fuit ante domus.

Horat. 1. Carm. Ode 3.

Sic fratres Helena lucida sydera, &c.

¶ A quo Pellucidus, & Translucidus, ξ πολλα ηραγόν. Quint. lib. 8. Similiter illa translucida, & versicolor quorundam elocutio res ipsas efficiunt. Lucidum autem, & luminosum differunt; quod lucidum sit, vel per se splendidum, vel facile illuminetur, seu quod aperto celo lu-men accipit: luminosum verò, quod multis foraminibus illuminatur. Corn. Frent. Lucida ratio, & lucidior caussa. Quintil. Lucidissimam causam ostendere. Idem.

Lucefér, Stella Veneris, ita dicta quum antegreditur Solem: quum sub-sequitur, Hesperus. Cic. lib. 2. de nat. deor. & Varr. 3. de re rustic. c. 5.

ξ πολλα ηραγόν, φέρειν. GAL. L'estoile du jour. ITAL. Stella diana. GERM. Der morgenstern. HISP. El eluzero del alva. ANG.

The